VIA VERITAS VITA

GLASGOW
UNIVERSITY
Medical
LIBRARY.

N F. 6. 1.

PHARMACOPŒIA

COLLEGII REGII

MEDICORUM

EDINBURGENSIS.

EDINBURGI:
APUD BELL & BRADFUTE; D. BROWN; ET A. BLACK.
LONDINI:
APUD LONGMAN & CO.; OGLES & CO.; T. & G. UNDERWOOD;
ANDERSON & CHASE; ET R. STODART.

1817.

Imprimatur,

Hic liber, cui Titulus Pharmacopœia Collegii Regii Medicorum Edinburgensis.

Datum ex Ædibus Collegii Regii,
Prid. Non. Augusti MDCCCXVII.

THOMAS CAROLUS HOPE, *Præses.*
ANDREAS DUNCAN, *sen.* } *Censores.*
DANIEL RUTHERFORD, }

Excudebant
NEILL & SOCII.

GEORGIO III.

DEI GRATIA,

BRITANNIARUM

REGI;

REGUM OPTIMO,

SCIENTIARUM ARTIUMQUE

PATRONO;

COLLEGIUM REGIUM

MEDICORUM

EDINBURGENSE

PHARMACOPŒIAM SUAM,

SUMMA VENERATIONE,

DICAT CONSECRATQUE.

NOMINA SOCIORUM

COLLEGII REGII MEDICORUM

EDINBURGENSIS.

M DCCC XVII.

SOCII ORDINARII.

THOMAS CAROLUS HOPE, *Præses et Elector.*
Alexander Monro, *sen.*
Robertus Petrie.
Andreas Duncan, *sen. Elector et Censor.*
Jacobus Hamilton.
Daniel Rutherford, *Elector et Censor.*
Jacobus Gregory.
Jacobus Hamilton, *secundus.*
Gulielmus Wright.
Joannes Lind.
Robertus Steavenson.

Joannes Marshall.
Jacobus Wood.
Jacobus Campbell.
Henricus Maclagan.
Robertus Freer.
David Morton.
Thomas Spens, *Elector et Collegii ab ærario.*
Patricius Baron Seton.
Carolus Stuart, *Elector.*
Jacobus Clark.
Georgius Wilson.
Andreas Fillan.
Jacobus Home, *Elector.*
Thomas Arnold.
Joannes Yule.
Josephus Fox.
Jacobus Macdonnell.
Jacobus Hamilton, *tertius*, *Elector.*
Angus Macdonald.
Alexander Philippus Wilson.
Jacobus Buchan.
Jacobus Gasking.
Alexander Stewart.

Gualterus Farquhar, *Baronettus.*
Joannes Hutton Cooper.
Georgius Dickson.
Andreas Duncan, *jun.*
Andreas Keltie.
Alexander Monro *jun. Collegii ab Epistolis.*
Colinus Lauder.
Georgius G. Browne Mill.
Alexander Wilson.
Mathæus Poole.
Thomas Jameson.
Gulielmus Kennedy.
Alexander Morrison.
Gulielmus Dick.
Gulielmus Franklin.
Robinson Foxley.
Joannes Gray.
Samuel Macdowell.
Thomas Brown.
Joannes Barclay.
Alexander Mackenzie.
Jacobus Macgrigor, *Eques.*
Gulielmus Gourlay.

Joshua Henricus Davidson.
Alexander Wylie.
Joannes Cheyne.
Jacobus Muttlebury.
Jacobus Proud Johnson.
Henricus Hardie.
David Daniel Davies.
Joannes Bigsby.
Gulielmus Elford Leach.
Guliemus Pultney Alison.
Gulielmus Fergusson.
Alexander Maclarty.
Benjamin Bartlet Buchanan.
Joannes Warroch Pursell.
Joannes Clark.
Gulielmus Maxton.
Joannes Williamson.
Robertus Briggs.
Joannes Bowen.
Samuel Ferguson.
Benjamin Lara.
Georgius Magrath.
Gulielmus Beatty.

Henricus Dewar.
Antonius Lindsay.
Jacobus Murdoch.
Andreas Nicoll.
Joannes Murray.
Georgius Drysdale.
Gulielmus Pym.
David Aird.
Isaac Wilson.
David Jacobus Hamilton Dickson.
Joannes Robertus Hume.
Jacobus Clark, *secundus.*
Gualterus Ogilvy.
Gulielmus Wynne.

SOCII HONORARII.

Josephus Banks, *Baronettus et Eques Balnei.*
Joannes Rogerson.
Joannes Gottlieb Walter.
Edwardus Jenner.
Matthæus Baillie.

PERMISSI.

Jacobus Sanders.
Joannes Thomson.
Joannes Thatcher.
Alexander Reid.
Joannes Ramsay.

COLLEGIUM REGIUM MEDICORUM

EDINBURGENSE

LECTORI S.

AD Medicinam rite faciendam, accurata Materiæ Medicæ notitia, rectaque Medicamentorum præparatio et compositio, omnium consensu, maxime sunt necessaria. Medicamenta bona recte adhibita salutem promittunt; et mala, vel male composita, funesta multa adferunt, vel nil Ægrotantibus proficiunt. Cum tantum Medicamina possint, in iis rite disponendis et conficiendis, opus medicum præcipue versari debet. Hinc, Ars Pharmaceutica ubique adeo ab ingenio-

sissimis Medicis exculta est, ut singulæ fere Civitates proprias suas habuerint Pharmacopœias. Nec hac in re defuit Collegium Regium Medicorum Edinburgense, dum adhuc in incunabulis esset, emisso ad id opusculo satis idoneo.

Ea tamen est Pharmaceutices, ut aliarum rerum sors et conditio, ut temporis vicissitudines haud effugiat. Postulant id tum ingens Pharmacorum varietas, tum artis incrementa et progressus. Hinc fit, ut in Pharmacopœia Edinensi plurima desiderentur, quæ usus deinceps introduxit; et licet ea omnibus fere contractior sit, non pauca inveniantur dudum obsoleta, ut jam fere norma Pharmacopœis esse desierit. Ne igitur ob inscitiam Pharmacopœorum, Ægrotantium vita in periculo sit, aut Medicorum spes fallatur, Collegium nostrum, Reipublicæ commodo suæque dignitati prospiciens, Pharmacopœiam hanc denuo limatam auc-

tamque, quæ, omnibus in hac Urbe * Pharmacopœis in Medicamentis componendis norma sit et regula, in lucem emitti voluit, gratum opus, et Ægrotis, et Medentibus.

Ut hi nostri conatus in Reipublicæ commodum, in Ægrorum salutem, et in Medicinæ incrementum, feliciter cedant, junctis votis, ardenter optamus.

Datum Edinburgi, ex Ædibus Collegii Medici, Prid. Cal. Decemb. Anno a Christo Nato, M,DCC,XXI.

---

* Act of the Parliament of Scotland, 16th June 1685.

De decima hac Pharmacopœiæ nostræ editione monuisse sufficiat, eam qua potuerimus cura emendatam prodire. Antecessorum nostrorum vestigia plerumque in re medicamentaria persecuti, non ita tamen iis institimus, quin celebriores aliarum Gentium Pharmacopœias præ oculis habuerimus; ne vel aliorum labores spernere, vel nostris nimium confidere videremur.

Nova quædam, vel propria experientia vel gravissimis clarorum Virorum testimoniis, nobis commendata, in numerum Medicamentorum accepimus. Nonnulla, majorum credulitate, forsitan et superstitione, invecta, resecuimus. Si quid vero hujusmodi adhuc supersit, id posteris delendum reliquimus; præstat enim, ut nobis videtur, copia quam penuria premi.

Processus omnes Pharmaceuticos, suadente Chemia hodierna excultiore, experimentis ad rem diligenter institutis, comprobavimus.

Medicamentorum Nomina quibus in editione priore, loco antiquorum et vulgarium usi sumus, retinuimus.

In hoc sicut in illo opere, consilium nobis et quasi lex fuit, Animalia et Vegetabilia, quæ simplicia Medicamenta præbent, iis solis Nominibus indicare, quibus appellantur ab optimis Historiæ Naturalis et Botanicæ Scriptoribus: qua in re scripta summi Linnæi nobis maximæ fuerunt auctoritatis, et ubicunque aliis Scriptoribus fidere oportebat, Auctores sedulo indicavimus.

In describendis variis præparatis et compositis quæ inter Medicamenta recensentur, omnia iis solis Nominibus definire, quæ jam

apud optimos hujus seculi Chemicos inva luerunt, nobis propositum fuit.

Metuentes vero ne quorundam Medicamentorum tituli nimis verbosi et incommodi forent, si omnes vel minutissimas partes denotarent quæ iis inessent, contenti sumus per titulos indicasse præcipuas tantum eorum partes, unde, ut nobis videtur, vires et usus compositionum pendent. Ob eandem causam, simplicia quædam, in frequentissimo usu, et omnibus bene nota, præcepimus vulgaribus ipsorum Nominibus; cujusmodi exempla sunt Opium, Manna, Moschus, Castoreum: sat esse rati indicasse, in catalogo Materiæ Medicæ, Animalia et Vegetabilia unde obtinentur.

Nomina quædam ad scientiam Chemicam vix pertinentia, at in re tamen medicamentaria diu recepta, *Tincturam* nempe et *Spiritum*, noluimus mutare. Hoc indica-

mus compositionem Alcoholis, per destillationem, cum variis substantiis, oleis præsertim, volatilibus; illa, ejusdem compositionem cum variis substantiis, aromaticis præsertim et resinosis, quæ per infusionem in ipso solvuntur.—Quæ multa vero, tum in Nominibus, tum in rebus ipsis, adhuc novanda sint, quum tot tantaque incrementa Medicina et Chemia his temporibus capiant, scientiæ progressus optime docebit.

Datum ex Ædibus Collegii, Prid. Non. Aug. M,DCCC,XVII.

PONDERUM RATIO, &c.

Cum haud levis in re medicamentaria sæpe oriatur error, ex promiscuo mensurarum et ponderum diversorum usu, omnia quæ præscribimus fluida pariter ac solida pondere solo definimus. Vinum tamen, aquam, et aquosa, metiri fas erit; dummodo pro mensuris, adhibeantur vasa, præsertim vitrea, quorum capacitates et divisiones, libræ medicæ ejusque divisionibus et multiplicationibus accurate respondeant. Ponderum genere utimur lingua vernacula *Troy weight* vocato, quod in hunc modum dividimus.

Libra	valet	uncias duodecim.
Uncia		drachmas octo.
Drachma		scrupulos tres.
Scrupulus		grana viginti.

Quando de pondere specifico agitur, quale est ad gradum sexagesimum Thermometri Fahrenheitiani, quo semper utimur, volumus.

Calor lenis gradum inter nonagesimum et centesimum decimum, calor fervens gradum ducentesimum duodecimum indicant.

Maceratio infusionem denotat, sine calore alieno.

Digestio cum calore semper fit, et si gradus ejus haud notetur, centesimum fere intelligimus.

ORDO CAPITUM.

PARS I.

PARS II.

PARS I.

MATERIA MEDICA;

SIVE

CATALOGUS MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM ET QUORUNDAM PRÆPARATORUM, QUÆ A PHARMACOPŒO IPSO NON PRÆPARANTUR, SED IN OFFICINA EJUS SEMPER PRÆSTO ESSE DEBENT.

MATERIA MEDICA.

Acaciæ Arabicæ Gummi. *Ex variis Acaciæ speciebus, præsertim Arabica et Vera.*

Acaciæ Catechu Extractum. *Ex Ligno.*

Acetum. *Acidum Aceticum impurum.*

Acidum Citricum crystallizatum.

Acidum Sulphuricum.
Hujus pondus specificum sit 1.845.

Aconiti Napelli Folia.

Acori Calami Radix.

Adeps Ovillus. *Ex Ove Ariete.*

Adeps Suillus. *Ex Sue Scrofa.*

Alcohol fortius.

Hujus pondus specificum sit .835.

Alcohol dilutius.

Alcohol fortius cui immixta fuerit aquæ pars æqua. Ejus pondus specificum est .935.

Allii Sativi Radix.

Aloes Extractum. *Ex variis Aloes speciebus.*

a. Aloe Hepatica.

b. Aloe Socotorina.

Althææ Officinalis Radix.

Alumen. *Sulphas Aluminæ et Potassæ.*

Ammoniacum. *Gummi-Resina.*
Ex Heracleo Gummifero. Willd. *Hort. Berol.*

Amomi Repentis Semina.

Amomi Zingiberis Radix.

Amygdali Communis Nuclei. *Amygdalæ dulces, ex varietate Sativa.*

Amylum. *Ex Tritico Hyberno.*

Amyridis Gileadensis Resina. *Resina liquida.*

Anchusæ Tinctoriæ Radix.

Anethi Fœniculi Semina.

Angelicæ Archangelicæ Radix.

Anthemidis Nobilis Flores.

Anthemidis Pyrethri Radix.

Arbuti Uvæ Ursi Folia.

Arctii Lappæ Semina.

Arctii Lappæ Radix.

Argentum.

Aristolochiæ Serpentariæ Radix.

Arnicæ Montanæ Flores.

Arnicæ Montanæ Radix.

Artemisiæ Absinthii Folia.

Artemisiæ Absinthii Summitates. *Summitates florentes.*

Artemisiæ Santonicæ Cacumina.

Asari Europæi Folia.

Aspidii Filicis Maris Radix.

Astragali Tragacanthæ Gummi. *Ex variis Astragali speciebus.*

Atropæ Belladonnæ Folia.

Avenæ Sativæ Semina. *Semina decorticata.*

Avenæ Sativæ Farina. *Ex Seminibus.*

Bitumen Petroleum.

Boletus Igniarius.

Bonplandiæ Trifoliatæ Cortex. *Angustura.*
Humboldt et Bonpland. *Plantæ Æquinoctiales, Vol. II. p.* 59.

Bubonis Galbani Gummi-Resina.

Calx. *Recens usta.*

Camphora. *Ex Lauro Camphora.*

Canellæ Albæ Cortex.

Cantharis Vesicatoria.

Capsici Annui Fructus.

Carbo Ligni.

Carbonas Barytæ.

Carbonas Calcis.

a. Mollior, Creta alba.

b. Durior, Marmor album.

c. *Ex Cancro Paguro*, *vulgo*, Chelæ Cancrorum.

d. *Ex Cancro Astacho*, *vulgo*, Lapilli Cancrorum.

Carbonas Plumbi.

Vulgo, *Cerussa.*

Carbonas Zinci impurus.

Vulgo, *Lapis Calaminaris.*

Cardamines Pratensis Flores.

Cari Carui Semina.

Cassiæ Fistulæ Fructus.

Cassiæ Sennæ Folia.

Castoreum. *Ex Castore Fibro.*

Centaureæ Benedictæ Herba.

Cera alba.

Cera flava.

Cerevisiæ Fermentum.

Cervi Elaphi Cornu.

Chironiæ Centaurii Summitates. *Summitates florentes.*

Cinchonæ Cordifoliæ Cortex. *Cortex Cinchonæ flavus.*

Cinchonæ Lancifoliæ Cortex. *Cortex Cinchonæ communis.*

Cinchonæ Oblongifoliæ Cortex. *Cortex Cinchonæ ruber.*

Citri Aurantii Cortex. *Cortex exterior Fructus.*

Citri Aurantii Succus. *Succus Fructus.*

Citri Medicæ Cortex. *Cortex exterior Fructus.*

Citri Medicæ Oleum Volatile. *Ex Cortice Fructus.*

Citri Medicæ Succus. *Succus Fructus.*

Coccus Cacti.

Cochleariæ Armoraciæ Radix.

Coci Butyraceæ Oleum fixum. *Ex Nucibus.*

Colchici Autumnalis Radix.

Colombæ Radix.

Conii Maculati Folia.

Convolvuli Jalapæ Radix.

Convolvuli Scammoniæ Gummi-Resina.

Copaiferæ Officinalis Resina. *Resina liquida.*

Coriandri Sativi Semina.

Croci Sativi Stigmata.

Crotonis Eleutheriæ Cortex.

Cucumeris Colocynthidis Pulpa. *Ex Fructu.*

Daphnes Mezerei Cortex. *Ex Radice.*

Daturæ Stramonii Herba.

Dauci Carotæ Radix.

Delphinii Staphisagriæ Semina.

Dianthi Caryophylli Flores.

Digitalis Purpureæ Folia.

Dolichi Prurientis Pubes. *Ex Legumine.*

Dorsteniæ Contrajervæ Radix.

Elaterium. *Ex Momordica Elaterio.*

Eugeniæ Caryophyllatæ Flores. *Flores nondum expliciti.*

Eugeniæ Caryophyllatæ Oleum Volatile. *Ex Floribus nondum explicitis.*

Ferri Fila.

Ferri Limatura.

Ferulæ Assæfœtidæ Gummi-Resina.

Fici Caricæ Fructus. *Fructus siccatus.*

Galla. *Ex variis Quercus speciebus.*

Gambogia. *Gummi-Resina.*
Ex Stalagmitide Cambogioide et quibusdam aliis arboribus.

Gentianæ Luteæ Radix.

Geoffrææ Inermis Cortex.

Glycyrrhizæ Glabræ Radix.

Glycyrrhizæ Glabræ Extractum. *Ex Radice.*

Gratiolæ Officinalis Herba.

Guaiaci Officinalis Lignum.

Guaiaci Officinalis Resina.

Hæmatoxyli Campechiani Lignum.

Hellebori Nigri Radix.

Hordei Distichi Semina. *Semina decorticata.*

Humuli Lupuli Strobili.

Hydrargyrus.

Hyoscyami Nigri Herba.

Hyoscyami Nigri Semina.

Hyssopi Officinalis Herba.

Ipecacuanhæ Radix.

Iridis Florentinæ Radix.

Juniperi Communis Baccæ.

Juniperi Lyciæ Gummi-Resina.

Juniperi Sabinæ Folia.

Kino.

Lactucæ Sativæ Herba.

Lactucarium. *Ex Lactuca Sativa.*

Lactucæ Virosæ Herba.

Lavandulæ Spicæ Flores.

Lauri Cassiæ Cortex.

Lauri Cassiæ Flores. *Flores nondum expliciti.*

Lauri Cinnamomi Cortex.

Lauri Nobilis Baccæ.

Lauri Nobilis Oleum expressum. *Ex Baccis.*

Lauri Sassafras Lignum.

Lauri Sassafras Radix.

Leontodi Taraxaci Herba.

Leontodi Taraxaci Radix.

Lichen Islandicus.

Lini Usitatissimi Semina.

Malvæ Sylvestris Flores.

Malvæ Sylvestris Herba.

Manna. *Succus concretus Fraxini Orni.*

Marrubii Vulgaris Herba.

Mel.

Melaleucæ Leucadendri Oleum volatile.

Melissæ Officinalis Folia.

Menispermi Cocculi Baccæ.

Menthæ Piperitæ Herba.

Menthæ Pulegii Herba.

Menyanthis Trifoliatæ Folia.

Moschus. *Ex Moscho Moschifero.*

Murias Ammoniæ.

Murias Sodæ.

Myristicæ Moschatæ Nucleus.

Myristicæ Moschatæ Involucrum nuclei, *vulgo*, Macis.

Myroxyli Peruiferi Balsamum.

Myrrha. *Gummi-Resina.*

Myrti Pimentæ Fructus.

Nicotiani Tabaci Folia.

Nitras Potassæ.

Oleæ Europææ Oleum fixum. *Ex Fructu.*

Opium. *Succus concretus Papaveris Somniferi.*

Origani Majoranæ Herba.

Ossa.

Oxidum Arsenici.

Oxidum Ferri nigrum.

Oxidum Plumbi rubrum.

Oxidum Plumbi semivitreum.

Oxidum Zinci impurum,
Vulgo, Tutia.

Papaveris Somniferi Capsulæ.

Pimpinellæ Anisi Semina.

Pini Balsameæ Resina. *Resina liquida.*

Pini Oleum volatile.

Pini Resina. *Ex variis Pinis.*

1. Liquida, *vulgo*,

   a. Terebinthina Veneta.

   b. Terebinthina vulgaris.

2. Solida.

   a. *Sponte concreta*, *vulgo*, Pix Burgundica.

   b. *Oleo Volatile privata*, *vulgo*, Resina alba.

3. Empyreumatica, *vulgo*, Pix liquida.

Piperis Longi Fructus.

Piperis Nigri Fructus.

Pistachiæ Lentisci Resina.

Polygalæ Senegæ Radix.

Polygoni Bistortæ Radix.

Pruni Domesticæ Fructus. *Fructus siccatus.*

Pterocarpi Santalini Lignum.

Quassiæ Excelsæ Lignum.

Quassiæ Simarubæ Cortex.

Quercus Roboris Cortex.

Rhamni Cathartici Succus. *Ex Baccis.*

Rhei Radix. *Ex Rheo Palmato et aliis speciebus.*

a. Rheum Russicum vel Turcicum.
b. Rheum Sinense vel Indicum.
c. Rheum Britannicum.

Rhododendri Chrysanthi Folia.

Rhois Toxicodendri Folia.

Ricini Communis Semina.

Ricini Communis Oleum fixum. *Ex Seminibus.*

Rosæ Caninæ Fructus.

Rosæ Centifoliæ Petala.

Rosæ Gallicæ Petala.

Rorismarini Officinalis Cacumina.

Rubiæ Tinctorum Radix.

Rumicis Acetosæ Folia.

Rutæ Graveolentis Herba.

Saccharum. *Ex Saccharo Officinarum.*

a. Non purificatum.

b. Purificatum.

c. Syrupus empyreumaticus, *vulgo, Molasses*

Sagapenum. *Gummi-Resina.*

Salicis Capreæ Cortex.

Salviæ Officinalis Folia.

Sambuci Nigræ Baccæ.

Sambuci Nigræ Cortex.

Sambuci Nigræ Flores.

Sapo durus. *Ex Oleo Oleæ Europææ et Soda confectus.*

Sapo mollis. *Ex Oleo et Potassa confectus.*

Scillæ Maritimæ Radix.

Sinapis Albæ Semina.

Smilacis Sarsaparillæ Radix.

Solani Dulcamaræ Caules.

Spartii Scoparii Summitates.

Spermaceti. *Ex Physetere Macrocephalo.*

Spigeliæ Marilandicæ Radix.

Spongia Officinalis.

Stanni Limatura.

Stanni Pulvis.

Styracis Benzoini Balsamum.

Styracis Officinalis Balsamum.

Sub-Acetas Cupri.

Sub-Boras Sodæ.

Sub-Carbonas Potassæ impurus,
Anglice, Pearl Ashes.

Sub-Carbonas Sodæ impurus,
Vulgo, Barilla.

Succinum.

Sulphas Barytæ.

Sulphas Cupri.

Sulphas Magnesiæ.

Sulphas Potassæ.

Sulphas Sodæ.

Sulphur sublimatum.

Sulphuretum Antimonii.

Sulphuretum Hydrargyri rubrum.

Super-Tartras Potassæ impurus.

Super-Tartras Potassæ.

Tamarindi Indicæ Fructus. *Fructus conditus.*

Tanaceti Vulgaris Flores.

Tanaceti Vulgaris Folia.

Toluiferæ Balsami Balsamum.

Tormentillæ Erectæ Radix.

Tussilaginis Farfaræ Flores.

Tussilaginis Farfaræ Folia.

Valerianæ Officinalis Radix.

Veratri Albi Radix.

Vinum album Hispanum. *Anglice, Sherry.*

Violæ Odoratæ Flores.

Vitis Viniferæ Fructus. *Fructus siccatus.*

Ulmi Campestris Cortex. *Cortex interior.*

Winteræ Aromaticæ Cortex.

Zincum.

MEDICAMENTA

PRÆPARATA ET COMPOSITA.

CAP. I.

VEGETABILIUM EXSICCATIO.

Herbæ et Flores hypocausti vel foci communis calore leni exsiccentur, ea quantitate tantum qua id quam citissime fiat. Sic enim eorum vires optime servantur; cujus indicium est color nativus quam perfectissime constans.

Conii Maculati vero Folia, et alia, materie subtili volatili referta, post exsiccationem illico conterantur, et vasis vitreis bene obturandis reponantur.

Scillæ Maritimæ Radix, ablata externa tunica, prius transversim in taleolas tenues secetur. Recte exsiccatæ indicium est, quod friabilis reddita, amaritiem et acrimoniam retinet.

CAP. II.

PULPARUM EXTRACTIO.

Fructus qui Pulpam præbere possunt, si immaturi sint, vel maturi et sicci, coque cum pauxilla aqua, ut mollescant; deinde Pulpam per cribrum setaceum exprime; postea in vase fictili coque lento igne, crebro agitans, ne aduratur, donec mellis spissitudinem habeat.

Item Cassiæ Fistulæ Pulpa ex siliqua contusa excoquenda est, deinde aquam evaporando ad idoneam spissitudinem reducenda.

Fructuum maturorum et recentium Pulpæ per cribrum exprimantur, nulla coctione præmissa.

CAP. III.

CONSERVÆ.

MATERIA in pulpam contundatur, Sacchari purificati triti pondere triplo inter contundendum paulatim addito.

Hoc modo parantur,

CONSERVA CITRI AURANTII, ex cortice recentis fructus, radula abraso.

CONSERVA ROSÆ CANINÆ, ex fructu maturo, a seminibus eorumque pube solicite purgato.

CONSERVA ROSÆ GALLICÆ, ex petalis nondum explicitis.

CAP. IV.

SUCCI SPISSATI.

Materia recens contundatur, et sacco cannabino inclusa, comprimatur valide, ut Succum præbeat; qui, in vasis patulis, aqua fervente muriate sodæ saturata calefactis, illico redigatur ad mellis crassioris spissitudinem.

Massa, postquam refrixerit, reponatur in vasis fictilibus vitreatis, et alcohole fortiore madefactis.

Hoc modo parantur,

SUCCUS SPISSATUS ACONITI NAPELLI, ex foliis.

SUCCUS SPISSATUS ATROPÆ BELLADONNÆ, ex foliis.

SUCCUS SPISSATUS CONII MACULATI, ex foliis.

SUCCUS SPISSATUS HYOSCYAMI NIGRI, ex herba.

SUCCUS SPISSATUS LACTUCÆ SATIVÆ, ex herba.

SUCCUS SPISSATUS LACTUCÆ VIROSÆ, ex herba.

SUCCUS SPISSATUS SAMBUCI NIGRÆ.

℞ Succi baccarum Sambuci Nigræ maturarum partes quinque,
Sacchari purificati partem unam.

Decoque leni igne ad mellis crassioris spissitudinem.

CAP. V.

OLEA FIXA.

OLEUM AMYGDALI COMMUNIS.

Nucleos Amygdali Communis recentes, in mortario lapideo contusos, sacculo cannabino include, et Oleum torculari exprime, sine calore.

Eodem modo exprimendum est ex ejus seminibus,

OLEUM LINI USITATISSIMI.

CAP. VI.

EMULSIONES.

EMULSIO ACACIÆ ARABICÆ.

℞ Mucilaginis Acaciæ Arabicæ uncias duas,
Nucleorum Amygdali Communis unciam,
Sacchari purificati unciam dimidiam.
Aquæ libras duas cum semisse.

Nucleos aqua calida paulisper maceratos, deinque decorticatos, in mortario lapideo prius cum Saccharo, dein cum Mucilagine diligenter contunde, Aquam postea paulatim affundens; demum per linteum cola.

EMULSIO AMYGDALI COMMUNIS.

℞ Nucleorum Amygdali Communis unciam,
Sacchari purificati unciam dimidiam,
Aquæ libras duas cum semisse.

Nucleos, aqua calida paulisper maceratos, deinque decorticatos, in mortario lapideo cum Saccharo, diligenter contunde, Aquam paulatim affundens; dein cola.

EMULSIO CAMPHORÆ.

℞ Camphoræ scrupulum,
Nucleorum Amygdali Communis,
Sacchari purificati, utriusque, unciam dimidiam,
Aquæ libram cum semisse.

Nucleos decorticatos in mortario lapideo, cum Camphora et Saccharo prius simul bene tritis, contunde, Aquam paulatim affundens; dein cola.

CAP. VII.

INFUSA.

INFUSUM ACACIÆ CATECHU.

℞ Extracti Acaciæ Catechu triti drachmas duas cum semisse,
Corticis Lauri Cinnamomi contusi drachmam dimidiam,
Aquæ bullientis uncias septem,
Syrupi simplicis unciam.

Macera Extractum et Corticem cum Aqua, in vase clauso, per horas duas; dein per linteum cola, et adde Syrupum.

INFUSUM ANTHEMIDIS NOBILIS.

℞ Florum Anthemidis Nobilis drachmas duas,
Aquæ uncias octo.

Macera per horas, viginti quatuor in vase leviter clauso; et cola.

INFUSUM CASSIÆ SENNÆ.

℞ Foliorum Cassiæ Sennæ drachmas sex,
Radicis Amomi Zingiberis contusi scrupulum,
Aquæ bullientis uncias novem.

Macera per horam, in vase leviter clauso, et cola.

INFUSUM CINCHONÆ LANCIFOLIÆ.

℞ Corticis Cinchonæ Lancifoliæ triti unciam,
Aquæ libram.

Macera in vase leviter clauso, per horas viginti quatuor, subinde agitans, et cola.

INFUSUM COLOMBÆ.

℞ Radicis Colombæ concisæ drachmam,
Aquæ bullientis uncias octo.

Macera per horas duas, in vase leviter clauso, et cola.

INFUSUM DIGITALIS PURPUREÆ.

℞ Foliorum Digitalis Purpureæ siccatorum drachmam,
Aquæ bullientis uncias octo,
Spiritus Lauri Cinnamomi unciam.

Macera Folia cum Aqua, per horas quatuor, in vase leviter clauso; dein, addito Spiritu, cola.

INFUSUM GENTIANÆ COMPOSITUM, VULGO INFUSUM AMARUM.

℞ Radicis Gentianæ Luteæ concisæ unciam dimidiam,
Corticis siccati fructus Citri Aurantii contusi,
Seminum Coriandri Sativi contusorum, utriusque, drachmam,
Alcoholis dilutioris uncias quatuor,
Aquæ libram.

Affunde primum Alcohol dilutius, et post tres horas, Aquam; tum macera per horas duodecim, in vase leviter clauso, et cola.

INFUSUM LINI USITATISSIMI.

℞ Seminum Lini Usitatissimi unciam,
Radicis Glycyrrhizæ Glabræ contusæ drachmas duas,
Aquæ bullientis libras duas.

Digere per horas quatuor, in vase leviter clauso, et cola.

INFUSUM QUASSIÆ EXCELSÆ.

℞ Ligni Quassiæ Excelsæ rasi drachmam dimidiam,
Aquæ bullientis uncias octo.

Macera per horas duas, in vase leviter clauso, et cola.

INFUSUM RHEI.

℞ Radicis Rhei Russici contusæ unciam dimidiam,
Aquæ bullientis uncias octo,
Spiritus Lauri Cinnamomi unciam.

Macera Radicem cum Aqua, in vase clauso, per horas duodecim; dein, addito Spiritu, cola.

INFUSUM ROSÆ GALLICÆ.

℞ Petalorum Rosæ Gallicæ siccatorum unciam,
Aquæ bullientis libras duas cum semisse,
Acidi Sulphurici dilutioris unciam dimidiam,
Sacchari purificati unciam.

Macera Petala cum Aqua bulliente in vase fictili, quod plumbo non sit vitreatum, per horas quatuor; dein affuso Acido, liquorem cola, et adjice Saccharum.

INFUSUM SENNÆ COMPOSITUM.

℞ Foliorum Cassiæ Sennæ drachmam,
Fructus Tamarindi Indicæ unciam,
Seminum Coriandri Sativi contusorum drachmam,
Sacchari non purificati unciam dimidiam,
Aquæ bullientis uncias octo.

In vase fictili clauso, quod plumbo non sit vitreatum, macera, subinde agitans, et post horas quatuor cola.

Fit quoque cum Cassia Senna duplice vel triplice.

CAP. VIII.

MUCILAGINES.

MUCILAGO ACACIÆ ARABICÆ.

℞ Gummi Acaciæ Arabicæ partem unam,
Aquæ bullientis partes duas.

Digere, subinde agitans, donec solvatur Gummi, tum per linteum exprime.

MUCILAGO AMYLI.

℞ Amyli drachmas tres,
Aquæ libram.

Amylum tere, paulatim addens Aquam; dein coque paulisper.

MUCILAGO ASTRAGALI TRAGACANTHÆ.

℞ Gummi Astragali Tragacanthæ drachmas duas,
Aquæ bullientis uncias octo.

Macera per horas viginti quatuor, et diligenter tere, ut solvatur Gummi; dein per linteum exprime.

CAP. IX.

DECOCTA.

DECOCTUM ALTHÆÆ OFFICINALIS.

℞ Radicis Althææ Officinalis siccatæ et contusæ uncias quatuor,
Fructus Vitis Viniferæ, demptis acinis, uncias duas,
Aquæ libras septem.

Decoque ad libras quinque; liquorem colatum sepone, donec fæces subsederint, et ſfunde.

DECOCTUM ANTHEMIDIS NOBILIS.

℞ Florum Anthemidis Nobilis siccatorum unciam,
Seminum Cari Carui contusorum unciam dimidiam,
Aquæ libras quinque.

Coque per quartam horæ partem, et cola.

DECOCTUM CINCHONÆ LANCIFOLIÆ.

℞ Corticis Cinchonæ Lancifoliæ contusi unciam,
Aquæ libram unam cum semisse.

Coque per horæ sextam partem in vase operto, et liquorem adhuc calentem cola.

DECOCTUM DAPHNES MEZEREI.

℞ Corticis Daphnes Mezerei drachmas duas,
Radicis Glycyrrhizæ Glabræ contusæ unciam dimidiam,
Aquæ libras tres.

Decoque leni igne ad libras duas, et cola.

DECOCTUM GEOFFRÆÆ INERMIS.

℞ Corticis Geoffrææ Inermis triti unciam,
Aquæ libras duas.

Decoque leni igne ad libram, et cola.

DECOCTUM GUAJACI COMPOSITUM.

℞ Scobis Ligni Guajaci Officinalis uncias tres,
Fructus Vitis Viniferæ uncias duas,
Radicis Lauri Sassafras concisæ,
Radicis Glycyrrhizæ Glabræ contusæ, utriusque, unciam,
Aquæ libras decem.

Decoque leni igne lignum Guajaci et fructum Vitis cum Aqua, ad libras quinque, sub finem adjiciens Radices; dein cola.

DECOCTUM HORDEI DISTICHI.

℞ Seminum Hordei Distichi uncias duas,
Aquæ bullientis libras quinque.

Primum farina hordeo adhærens aqua frigida abluatur; tum hordeum cum aquæ libra circiter dimidia aliquantulum coquatur, ut materia colorans extrahatur; qua abjecta, Hordeo ita purificato, quinque Aquæ bullientis libræ addantur. Decoque ad dimidium, et cola.

DECOCTUM LICHENIS ISLANDICI.

℞ Lichenis Islandici unciam,
Aquæ libras duas.

Decoque ad uncias sexdecim, et cola.

DECOCTUM POLYGALÆ SENEGÆ.

℞ Radicis Polygalæ Senegæ unciam,
Aquæ libras duas.

Decoque ad uncias sexdecim, et cola.

DECOCTUM QUERCUS ROBORIS.

℞ Corticis Quercus Roboris contusi unciam,
Aquæ libras duas cum semisse.

Decoque ad uncias sexdecim, et cola.

DECOCTUM SMILACIS SARSAPARILLÆ.

℞ Radicis Smilacis Sarsaparillæ concisæ uncias sex,
Aquæ libras octo.

Digere per duas horas, calore circiter 195° ; dein Radicem exime et contunde ; contusam, liquori redde, et decoque lento igne, ad quatuor libras ; tum exprime et cola.

DECOCTUM ULMI CAMPESTRIS.

℞ Corticis recentis Ulmi Campestris contusi uncias quatuor,
Aquæ libras quinque.

Decoque ad libras duas cum semisse, et cola.

CAP. X.

SYRUPI.

SYRUPUS ACETI.

℞ Aceti partes quinque,
Sacchari purificati partes septem.

Coque, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ALTHÆÆ OFFICINALIS.

℞ Radicis Althææ Officinalis recentis concisæ partem unam,
Aquæ partes decem,
Sacchari purificati partes quatuor.

Coque Aquam cum Radice ad dimidium, et valide exprimens, cola. Liquorem colatum sepone, ut fæces subsidant, et defæcato adde Saccharum; dein coque, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS AMOMI ZINGIBERIS.

℞ Radicis Amomi Zingiberis tritæ drachmas sex,
Aquæ bullientis libram,
Sacchari purificati uncias viginti duas.

Macera Radicem in Aqua, vase clauso, per horas viginti quatuor; dein liquori colato adde Saccharum; quod solvatur leni calore.

SYRUPUS CASSIÆ SENNÆ.

℞ Foliorum Cassiæ Sennæ uncias duas,
Aquæ bullientis libram cum semisse,
Syrupi empyreumatici uncias octo.

Macera Folia in Aqua in vase leviter clauso, per horas quatuor, et cola; dein adde Syrupum et decoque lento igne ad Syrupi emypyreumatici ipsius spissitudinem.

SYRUPUS CITRI AURANTII.

℞ Corticis recentis fructûs Citri Aurantii uncias tres,
Aquæ bullientis libram cum semisse,
Sacchari purificati libras tres.

Macera Corticem in Aqua per horas duodecim in vase clauso; dein liquori colato adde Saccharum, quod solvatur leni calore.

SYRUPUS CITRI MEDICÆ.

℞ Succi Citri Medicæ, postquam fæces subsederint colati, partes tres,
Sacchari purificati partes quinque.

Solvatur Saccharum.

SYRUPUS COLCHICI AUTUMNALIS.

℞ Radicis Colchici Autumnalis recentis, in frusta tenuia sectæ, unciam,
Aceti uncias sexdecim,
Sacchari purificati uncias viginti sex.

Macera Radicem in Aceto per biduum, vas subinde agitans, dein leniter exprimens, cola. Liquori colato, adde Saccharum, et coque paululum, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS DIANTHI CARYOPHYLLI.

℞ Petalorum Dianthi Caryophylli recentium, unguibus resectis, partem unam,
Aquæ bullientis partes quatuor,
Sacchari purificati partes septem.

Macera Petala in Aqua per horas duodecim; dein liquori colato adde Saccharum; quod solvatur leni calore.

SYRUPUS PAPAVERIS SOMNIFERI.

℞ Capsularum Papaveris Somniferi siccatarum, seminibus exemptis, partem unam,
Aquæ bullientis partes quindecim,
Sacchari purificati partes duas.

Macera Capsulas concisas in Aqua per horas duodecim; dein coque donec tertia tantum pars liquoris supersit; tum valide

exprimens cola. Liquorem colatum coque ad dimidium, et iterum cola; addito demum Saccharo, coque, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ROSÆ CENTIFOLIÆ.

℞ Petalorum recentium Rosæ Centifoliæ partem unam,
Aquæ bullientis partes quatuor,
Sacchari purificati partes tres.

Macera Petala in Aqua per horas duodecim; dein liquori colato adde Saccharum, et demum coque, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS ROSÆ GALLICÆ.

℞ Petalorum siccatorum Rosæ Gallicæ partem unam,
Aquæ bullientis partes novem,
Sacchari purificati partes decem.

Macera Petala in Aqua per horas duodecim; dein coque paululum et cola. Liquori colato adde Saccharum, et coque iterum, ut fiat Syrupus.

SYRUPUS SCILLÆ MARITIMÆ.

℞ Acidi Acetici Scillitici partes quatuor,
Sacchari purificati triti partes septem.

Solvatur leni calore Saccharum.

SYRUPUS SIMPLEX.

℞ Sacchari purificati partes quindecim,
Aquæ partes octo.

Leni calore solve Saccharum in Aqua, et coque paululum.

SYRUPUS TOLUIFERÆ BALSAMI.

℞ Syrupi simplicis libras duas,
Tincturæ Toluiferæ Balsami unciam.

Syrupo recens parato, et ab igne remoto, cum pene refrixerit, immisce paulatim Tincturam, assidue agitans.

SYRUPUS VIOLÆ ODORATÆ.

℞ Florum recentium Violæ Odoratæ partes duas,
Aquæ bullientis partes octo,
Sacchari purificati partes quindecim.

Macera Flores in Aqua per horas viginti quatuor, vase vitreo vel fictili vitreato clauso; dein cola sine expressione, et liquori colato adde Saccharum.

CAP. XI.

MELLITA.

MEL DESPUMATUM.

Mel in balneo aquoso liqua, et spumam aufer.

MEL ROSÆ GALLICÆ.

℞ Petalorum Rosæ Gallicæ siccatorum unciam,
Aquæ bullientis libram,
Mellis despumati uncias sexdecim.

Macera Petala in Aqua per horas sex; liquori colato adjice Mel, et decoque ad idoneam spissitudinem.

MEL SUB-BORATIS SODÆ.

℞ Sub-Boratis Sodæ triti partem unam,
Mellis despumati partes octo.

Misce.

OXYMEL.

℞ Mellis despumati partes tres,
Acidi Acetici tenuis partes duas.

Decoque in vase vitreo, lento igne, ad idoneam spissitudinem.

CAP. XII.

VINA.

Vina in vasis vitreis clausis præparari, et inter præparationem, subinde agitari debent.

VINUM ALOES SOCOTORINÆ.

℞ Extracti Aloes Socotorinæ triti unciam,
Seminum Amomi Repentis contusorum,
Radicis Amomi Zingiberis contusæ, utriusque, drachmam,
Vini albi Hispani libras duas.

Digere per dies septem, et cola.

VINUM GENTIANÆ COMPOSITUM.

℞ Radicis Gentianæ Luteæ unciam dimidiam,
Corticis Cinchonæ Lancifoliæ unciam,
Corticis siccati fructus Citri Aurantii drachmas duas,
Corticis Canellæ albæ drachmam,
Alcoholis dilutioris uncias quatuor,
Vini albi Hispani libras duas cum semisse.

Radici atque Corticibus concisis et contusis affunde primum Alcohol; et, post horas viginti quatuor, adde Vinum; tum macera per dies septem, et cola.

VINUM IPECACUANHÆ.

℞ Radicis Ipecacuanhæ contusæ partem unam,
Vini albi Hispani partes quindecim.

Macera per dies septem, et per chartam cola.

VINUM NICOTIANÆ TABACI.

℞ Foliorum Nicotianæ Tabaci partem unam,
Vini albi Hispani partes duodecim.

Macera per dies septem, et per chartam cola.

VINUM OPII.

℞ Opii unciam,
Corticis Lauri Cinnamomi contusi,
Florum Eugeniæ Caryophyllatæ contusorum, utriusque, drachmam,
Vini albi Hispani uncias sexdecim.

Macera per dies septem, et cola.

VINUM RHEI.

℞ Radicis Rhei Russici concisæ uncias duas,
Corticis Canellæ Albæ contusi drachmam,
Alcoholis dilutioris uncias duas,
Vini albi Hispani uncias quindecim.

Macera per dies septem, et per chartam cola.

CAP. XIII.

ACETICA.

ACIDUM ACETICUM AROMATICUM.

℞ Cacuminum Rorismarini Officinalis,
Foliorum Salviæ Officinalis, singulorum siccatorum, unciam,
Florum Lavandulæ Spicæ siccatorum unciam dimidiam,
Florum Eugeniæ Caryophyllatæ contusorum drachmam dimidiam,
Acidi Acetici tenuis libras duas.

Macera per dies septem, et liquorem expressum per chartam cola.

ACIDUM ACETICUM CAMPHORATUM.

℞ Acidi Acetici fortis uncias sex,
Camphoræ unciam dimidiam.

Tere Camphoram cum pauxillo alcoholis in pulverem; quem Acido immitte, et solve.

ACIDUM ACETICUM SCILLITICUM.

℞ Radicis Scillæ Maritimæ siccatæ unciam,
Acidi Acetici tenuis uncias quindecim,
Alcoholis fortioris unciam cum semisse.

Macera Scillam cum Acido per dies septem; dein exprime liquorem, cui adde Alcohol; et cum fæces subsederint, liquorem effunde.

CAP. XIV.

TINCTURÆ.

Tincturæ in vasis vitreis clausis digeri, et inter digestionem sæpius agitari debent.

TINCTURA ACACIÆ CATECHU.

℞ Extracti Acaciæ Catechu triti uncias tres,
Corticis Lauri Cinnamomi contusi uncias duas,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA ALOES SOCOTORINÆ.

℞ Extracti Aloes Socotorinæ triti unciam dimidiam,
Extracti Glycyrrhizæ Glabræ unciam cum semisse,
Alcoholis fortioris uncias quatuor,
Aquæ libram.

Digere per dies septem; dein Tincturam defæcatam effunde.

TINCTURA ALOES ÆTHEREA.

℞ Extracti Aloes Socotorinæ triti,
Myrrhæ tritæ, utriusque, unciam cum semisse,
Stigmatum Croci Sativi concisorum unciam,
Ætheris Sulphurici cum Alcohole libram.

Digere Myrrham cum Æthere per dies quatuor; dein adde Aloen et Crocum.

Digere rursus per dies quatuor, et, cum fæces subsederint, effunde Tincturam.

TINCTURA ALOES ET MYRRHÆ.

℞ Myrrhæ tritæ uncias duas,
Alcoholis fortioris libram cum semisse,
Aquæ libram dimidiam.

Misce Alcohol cum Aqua; tum adde Myrrham, digere per dies quatuor, et demum adde,

Extracti Aloes Socotorinæ triti unciam cum semisse,
Stigmatum Croci Sativi concisorum unciam.

Digere rursus per triduum; et Tincturam defæcatam effunde.

TINCTURA AMOMI REPENTIS.

℞ Seminum Amomi Repentis contusorum uncias quatuor,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA AMOMI ZINGIBERIS.

℞ Radicis Amomi Zingiberis contusæ uncias duas,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA ARISTOLOCHIÆ SERPENTARIÆ.

℞ Radicis Aristolochiæ Serpentariæ contusæ uncias duas,
Cocci Cacti triti drachmam,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA BENZOINI COMPOSITA.

℞ Balsami Styracis Benzoini triti uncias tres,
Balsami Myroxyli Peruiferi uncias duas,
Extracti Aloes Hepaticæ triti unciam dimidiam,
Alcoholis fortioris libras duas.

Digere per dies septem et per chartam cola.

TINCTURA BONPLANDIÆ TRIFOLIATÆ.

℞ Corticis Bonplandiæ Trifoliatæ triti uncias duas,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CAMPHORÆ.

℞ Camphoræ unciam,
Alcoholis fortioris libram.

Misce ut solvatur Camphora.

Fit quoque cum Camphora duplice vel triplice.

TINCTURA CANTHARIDIS VESICATORIÆ.

℞ Cantharidis Vesicatoriæ contusæ drachmam,
Alcoholis dilutioris libram.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CASTOREI.

℞ Castorei triti unciam cum semisse,
Alcoholis fortioris libram.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CINCHONÆ LANCIFOLIÆ.

℞ Corticis Cinchonæ Lancifoliæ triti uncias quatuor,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CINCHONÆ COMPOSITA.

℞ Corticis Cinchonæ Lancifoliæ triti uncias duas,
Corticis siccati fructus Citri Aurantii unciam cum semisse,
Radicis Aristolochiæ Serpentariæ contusæ drachmas tres,
Stigmatum Croci Sativi concisorum drachmam,
Cocci Cacti triti scrupulos duos,
Alcoholis dilutioris uncias viginti.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CINNAMOMI COMPOSITA.

℞ Corticis Lauri Cinnamomi contusi,
Seminum Amomi Repentis contusorum, utriusque unciam,
Fructus Piperis Longi triti drachmas duas,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA COLOMBÆ.

℞ Radicis Colombæ tritæ uncias duas,
Alcoholis dilutioris libras duas.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CONII MACULATI.

℞ Foliorum Conii Maculati siccatorum uncias duas,
Seminum Amomi Repentis contusorum unciam dimidiam,
Alcoholis dilutioris uncias sexdecim.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CONVOLVULI JALAPÆ.

℞ Radicis Convolvuli Jalapæ tritæ uncias tres,
Alcoholis dilutioris uncias quindecim.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA CROCI SATIVI.

℞ Croci Sativi concisi unciam,
Alcoholis dilutioris uncias quindecim.

Digere per dies septem; et per chartam cola.

TINCTURA CROTONIS ELEUTHERIÆ.

℞ Corticis Crotonis Eleutheriæ triti uncias quatuor,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola

TINCTURA DIGITALIS PURPUREÆ.

℞ Foliorum Digitalis Purpureæ siccatorum unciam,
Alcoholis dilutioris uncias octo.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA FERULÆ ASSÆFŒTIDÆ.

℞ Gummi-resinæ Ferulæ Assæfœtidæ uncias quatuor,
Alcoholis fortioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA GALLARUM.

℞ Gallarum tritarum uncias duas,
Alcoholis dilutioris uncias sexdecim.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA GENTIANÆ COMPOSITA.

℞ Radicis Gentianæ Luteæ concisæ et contusæ, uncias duas,
Corticis siccati fructus Citri Aurantii contusi unciam,
Corticis Canellæ Albæ contusi unciam dimidiam,
Cocci Cacti triti drachmam dimidiam,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA GUAJACI OFFICINALIS.

℞ Resinæ Guajaci Officinalis tritæ uncias sex,
Alcoholis fortioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA HELLEBORI NIGRI.

℞ Radicis Hellebori Nigri contusæ uncias duas,
Cocci Cacti triti grana quindecim,
Alcoholis dilutioris uncias quindecim.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA HUMULI LUPULI.

℞ Strobilorum Humuli Lupuli uncias quinque,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, Tincturam exprime, et per chartam cola.

TINCTURA HYOSCIAMI NIGRI.

℞ Foliorum Hyosciami Nigri siccatorum unciam,
Alcoholis dilutioris uncias octo.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA KINO.

℞ Kino triti uncias duas,
Alcoholis dilutioris libram cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA LAURI CINNAMOMI.

℞ Corticis Lauri Cinnamomi contusi uncias tres,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA MYRRHÆ.

℞ Myrrhæ tritæ uncias tres,
Alcoholis fortioris uncias viginti,
Aquæ uncias decem.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA OPII, SIVE THEBAICA; VULGO, LAUDANUM LIQUIDUM.

℞ Opii uncias duas,
Alcoholis dilutioris libras duas.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA OPII CAMPHORATA; VULGO, ELIXIR PAREGORICUM ANGLORUM.

℞ Camphoræ scrupulos duos,
Acidi Benzoici,
Opii, utriusque, drachmam,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA QUASSIÆ EXCELSÆ.

℞ Ligni Quassiæ Excelsæ rasi unciam,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA RHEI.

℞ Radicis Rhei Russici concisæ uncias tres,
Seminum Amomi Repentis contusorum unciam dimidiam,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA RHEI ET ALOES.

℞ Radicis Rhei Russici concisæ drachmas decem,
Extracti Aloes Socotorinæ triti drachmas sex,
Seminum Amomi Repentis contusorum unciam dimidiam,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA RHEI ET GENTIANÆ.

℞ Radicis Rhei Russici concisæ uncias duas,
Radicis Gentianæ Luteæ concisæ unciam dimidiam,
Alcoholis dilutioris libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA SAPONIS CAMPHORATA; VULGO, LINIMENTUM SAPONACEUM.

℞ Saponis duri rasi uncias quatuor,
Camphoræ uncias duas,
Olei volatilis Rorismarini Officinalis unciam dimidiam,
Alcoholis fortioris libras duas.

Digere Saponem in Alcohole per triduum; dein liquori colato adde Camphoram et Oleum, diligenter agitans.

TINCTURA SAPONIS ET OPII; VULGO, LINIMENTUM ANODYNUM.

℞ Saponis duri rasi uncias quatuor,
Opii unciam,
Camphoræ uncias duas,
Olei volatilis Rorismarini Officinalis unciam dimidiam,
Alcoholis fortioris libras duas.

Digere Saponem et Opium in Alcohole per triduum; dein liquori colato adde Camphoram et Oleum, diligenter agitans.

TINCTURA SCILLÆ MARITIMÆ.

℞ Radicis Scillæ Maritimæ recens siccatæ uncias duas,
Alcoholis dilutioris uncias sexdecim.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA SENNÆ COMPOSITA.

℞ Foliorum Cassiæ Sennæ uncias duas,
Radicis Convolvuli Jalapæ contusæ unciam,
Seminum Coriandri Sativi contusorum unciam dimidiam,
Alcoholis dilutioris libras tres cum semisse.

Digere per dies septem; et Tincturæ per chartam colatæ adde

Sacchari purificati uncias quatuor.

TINCTURA TOLUIFERÆ BALSAMI.

℞ Balsami Toluiferæ Balsami unciam cum semisse,
Alcoholis fortioris libram.

Digere donec solvatur Balsamum, et per chartam cola.

TINCTURA VERATRI ALBI.

℞ Radicis Veratri Albi contusæ uncias quatuor,
Alcoholis dilutioris uncias sexdecim.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

CAP. XV.

TINCTURÆ AMMONIATÆ.

TINCTURA AROMATICA AMMONIATA.

℞ Alcoholis Ammoniati uncias octo,
Olei volatilis Citri Medicæ drachmam,
Olei volatilis Rorismarini Officinalis drachmam cum semisse.

Misce ut solvantur Olea.

TINCTURA ASSÆFŒTIDÆ AMMONIATA.

℞ Gummi-resinæ Ferulæ Assæfœtidæ unciam dimidiam,
Alcoholis Ammoniati uncias octo.

Digerantur in vase clauso per horas duodecim; dein destillent calore aquæ bullientis unciæ octo.

TINCTURA CASTOREI COMPOSITA.

℞ Castorei triti unciam,
Gummi-resinæ Ferulæ Assæfœtidæ unciam dimidiam,
Alcoholis Ammoniati libram.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA GUAJACI AMMONIATA.

℞ Resinæ Guajaci Officinalis tritæ uncias quatuor,
Alcoholis Ammoniati libram cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA OPII AMMONIATA; OLIM, ELIXIR PAREGORICUM.

℞ Opii drachmas duas,
Stigmatum Croci Sativi concisorum,
Acidi Benzoici, utriusque, drachmas tres,
Olei volatilis Pimpinellæ Anisi drachmam dimidiam,
Alcoholis Ammoniati uncias sexdecim.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

TINCTURA VALERIANÆ AMMONIATA.

℞ Radicis Valerianæ Officinalis contusæ uncias quatuor,
Alcoholis Ammoniati libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

CAP. XVI.

ÆTHEREA.

ACIDUM SULPHURICUM AROMATICUM.

℞ Alcoholis fortioris libras duas,
Acidi Sulphurici uncias sex.

Instilla Acidum Alcoholi paulatim. Misturam digere calore lenissimo, in vase clauso, per triduum; dein adde

Corticis Lauri Cinnamomi contusi unciam cum semisse,
Radicis Amomi Zingiberis contusæ unciam.

Digere rursus in vase clauso per sex dies; dein per chartam infundibulo vitreo impositam cola.

ÆTHER SULPHURICUS.

℞ Acidi Sulphurici,
Alcoholis fortioris, utriusque uncias triginta duas.

Inde Alcohol retortæ vitreæ calori subitaneo ferendo aptæ; dein affunde uno rivo Acidum. Misce paulatim, leniter et crebro agitans; protinus tunc fiat destillatio ex arena, prius ad hoc opus calefacta, in excipulum aqua vel nive refrigeratum. Ignis autem ita regatur, ut quamprimum ebulliat liquor, et ebullire pergat donec destillaverint unciæ sexdecim; tum retorta ex arena amoveatur.

Liquori destillato adde Potassæ drachmas duas; dein destillent ex retorta præalta,

igne lenissimo, in excipulum refrigeratum, Ætheris unciæ decem.

Acido in retorta post primam destillationem residuo si affundantur Alcoholis fortioris unciæ sexdecim et iteretur destillatio, denuo prodibit Æther. Hocque sæpius fieri potest.

ÆTHER SULPHURICUS CUM ALCOHOLE.

℞ Ætheris Sulphurici partem unam,
Alcoholis fortioris partes duas.

Misce.

ÆTHER SULPHURICUS CUM ALCOHOLE AROMATICUS.

℞ Corticis Lauri Cinnamomi contusi,
Seminum Amomi Repentis contusorum, utriusque, unciam,
Fructus Piperis Longi triti drachmas duas,
Ætheris Sulphurici cum Alcohole libras duas cum semisse.

Digere per dies septem, et per chartam cola.

SPIRITUS ÆTHERIS NITROSI.

℞ Alcoholis fortioris libras tres,
Acidi Nitrosi libram.

Infunde Alcohol phialæ amplæ, in vase aqua frigida pleno positæ, et paulatim adde, assidue agitans, Acidum. Obturetur levius phiala, et in loco frigidiusculo reponatur per dies septem; dein destillet liquor calore aquæ bullientis, in excipulum aqua vel nive refrigeratum, donec destillaverint tres circiter libræ.

CAP. XVII.

EXTRACTA.

I.—*PER AQUAM.*

Materiæ affunde Aquæ destillatæ octuplum. Decoque ad dimidium, et valide exprimens, cola. Decoctum illico per vaporationem redige ad mellis crassioris spissitudinem, in balneo aquæ ferventis muriate sodæ saturatæ.

Hoc modo parantur,

EXTRACTUM ANTHEMIDIS NOBILIS. ex floribus siccatis.

EXTRACTUM GENTIANÆ LUTEÆ, ex radice concisa et contusa.

EXTRACTUM HÆMATOXYLI CAMPECHIANI, ex ligno raso.

EXTRACTUM HELLEBORI NIGRI, ex radice contusa.

EXTRACTUM PAPAVERIS SOMNIFERI, ex capsulis contusis, seminibus exemptis.

EXTRACTUM RUTÆ GRAVEOLENTIS, ex herba.

II.—*PER AQUAM ET ALCOHOL.*

LIBRÆ materiei tritæ affunde Alcoholis fortioris quadruplum. Digere per dies quatuor, et effunde Tincturam. Magma residuum coque ex Aquæ destillatæ libris quinque per horæ quadrantem, et Decoctum adhuc fervens per linteum cola: hanc coctionem et colationem cum pari quantitate Aquæ destillatæ repete, et liquorem per va-

porationem redige ad mellis liquidioris spissitudinem. Alcohol e tinctura destillatione abstrahe, donec similiter spissescat. Tum liquores sic inspissatos permisce, et in balneo aquæ ferventis muriate sodæ saturatæ redige ad idoneam crassitudinem.

Hoc modo parantur,

EXTRACTUM CINCHONÆ LANCIFOLIÆ, ex cortice.

EXTRACTUM CONVOLVULI JALAPÆ, ex radice.

CAP. XVIII.

SPIRITUS STILLATITII.

MATERIÆ affundantur Alcoholis dilutioris libræ novem. Macera per biduum in vase clauso; dein affunde Aquæ quantum sufficiat ad evitandum empyreuma, et destillatione elice libras novem.

Hoc modo parantur, libræ novem,

SPIRITUS CARI CARUI, ex seminum contusorum libra dimidia.

SPIRITUS LAURI CINNAMOMI, ex corticis contusi libra.

SPIRITUS MENTHÆ PIPERITÆ, ex herbæ libra una cum semisse.

SPIRITUS MYRISTICÆ MOSCHATÆ, ex nucleorum contusorum unciis duabus.

SPIRITUS MYRTI PIMENTÆ, ex fructus contusi libra dimidia.

SPIRITUS JUNIPERI COMPOSITUS.

℞ Baccarum Juniperi Communis contusarum libram,
Seminum Anethi Fœniculi,
Seminum Cari Carui, singulorum contusorum, unciam cum semisse,
Alcoholis dilutioris libras novem.

Macera per biduum; et, addito Aquæ quantum sufficiat ad evitandum empyreuma, destillatione elice libras novem.

SPIRITUS LAVANDULÆ SPICÆ.

℞ Florum Lavandulæ Spicæ recentium libras duas,
Alcoholis fortioris libras octo.

Per destillationem calore aquæ bullientis elice libras septem.

SPIRITUS LAVANDULÆ COMPOSITUS.

℞ Spiritus Lavandulæ Spicæ libras tres,
Spiritus Rorismarini Officinalis libram,
Corticis Lauri Cinnamomi contusi unciam,
Florum Eugeniæ Caryophyllatæ contusorum drachmas duas,
Nucleorum Myristicæ Moschatæ contusorum unciam dimidiam,
Ligni Pterocarpi Santalini rasi drachmas tres.

Macera per dies septem, et cola.

SPIRITUS RORISMARINI OFFICINALIS.

℞ Cacuminum Rorismarini Officinalis recentium libras duas,
Alcoholis fortioris libras octo.

Per destillationem calore aquæ bullientis eliciantur libræ septem.

CAP. XIX.

AQUÆ STILLATITIÆ.

Tantum Aquæ materiæ affundatur, quantum sufficiat ad evitandum empyreuma, dum destillatione eliciantur libræ decem. Post macerationem debitam, destillentur libræ decem, quibus addantur Alcoholis dilutioris unciæ quinque.

Hoc modo parantur,

AQUA CITRI AURANTII, ex corticis recentis libris duabus.

AQUA CITRI MEDICÆ, ex corticis recentis libris duabus.

AQUA LAURI CASSIÆ, ex corticis contusi libra.

AQUA LAURI CINNAMOMI, ex corticis contusi libra.

AQUA MENTHÆ PIPERITÆ, ex herbæ libris tribus.

AQUA MENTHÆ PULEGII, ex herbæ libris tribus.

AQUA MYRTI PIMENTÆ, ex fructus contusi libra dimidia.

AQUA ROSÆ CENTIFOLIÆ, ex petalorum recentium libris sex.

AQUA DESTILLATA.

AQUA destilletur vasis aptis et mundissimis, donec ejus duo circiter trientes stillaverint.

CAP. XX.

OLEA VOLATILIA.

Tantum Aquæ materiæ affundatur quantum sufficiat ad empyreuma inter destillationem evitandum. Post macerationem debitam, fiat destillatio. Tandem separetur Oleum ex aqua.

Porro, notandum est de Aquis et Oleis his Stillatitiis parandis, quod multa hic adeo varia contingere necesse est, pro rerum bonitate, compage, anni tempestate, et similibus, ut norma certa, quæ unicuique exemplo strictius conveniat, vix possit præscribi; quocirca, omissis multis ipsius opificis judicio variandis, præcepta tantum maxime generalia traduntur.

Hoc modo parantur,

OLEUM VOLATILE ANTHEMIDIS NOBILIS, ex floribus.

OLEUM VOLATILE JUNIPERI COMMUNIS, ex baccis contusis.

OLEUM VOLATILE JUNIPERI SABINÆ, ex foliis.

OLEUM VOLATILE LAVANDULÆ SPICÆ, ex floribus.

OLEUM VOLATILE LAURI SASSAFRAS, ex radice contusa.

OLEUM VOLATILE MENTHÆ PIPERITÆ, ex herba.

OLEUM VOLATILE MYRTI PIMENTÆ, ex fructu contuso.

OLEUM VOLATILE ORIGANI MAJORANÆ, ex herba.

OLEUM VOLATILE PIMPINELLÆ ANISI, ex seminibus.

OLEUM VOLATILE RORISMARINI OFFICINALIS, ex cacuminibus.

OLEUM SUCCINI, ET ACIDUM SUCCINICUM.

℞ Succini in pulverem triti,
Arenæ puræ, partes æquales.

Commixta immitte retortæ vitreæ, cujus dimidium impleant. Adaptato excipulo amplo, fiat destillatio ex arena, igne gradatim aucto. Primo, liquor aquosus cum paululo olei flavi; dein, oleum flavum cum Sale acido; postea, oleum subrubrum et nigrum, destillabit. Liquor ex excipulo effundatur, et Oleum ab aqua separetur.

Acidum Succinicum a retortæ collo et excipuli lateribus collectum, inter plicas chartæ emporeticæ comprimatur, ut ab oleo adhærente liberetur; dein, solutione in aqua calida et crystallizatione, purum fiat.

OLEUM SUCCINI PURISSIMUM.

Oleum Succini e retorta vitrea, Aquæ sextuplo addito, destillet, donec aquæ duo trientes in excipulum transierint. Dein, Oleum hoc Volatile purissimum ab aqua separetur, et in vasis bene obturatis servetur.

OLEUM VOLATILE PINI PURISSIMUM.

℞ Olei volatilis Pini partem unam,
Aquæ partes quatuor.

Fiat destillatio, quamdiu prodit Oleum.

CAP. XXI.

SALINA.

ACIDUM ACETICUM TENUE.

In vasis vitreis, leni igne, ex arena destillent Aceti libræ octo. Libra primum prodiens, utpote nimis aquosa, seponenda est; quæ sequuntur libræ quinque erunt Acidum Aceticum tenue. Continuetur destillatio quamdiu prodit Acidum coloris expers. Hoc igne nimis exustum, et usui interno minus aptum, cum libra tamen primum recepta commistum, variis usibus chemicis inservire potest.

ACIDUM ACETICUM FORTE.

℞ Sulphatis Ferri exsiccati libram,
Acetatis Plumbi uncias decem.

Simul trita retortæ vitreæ inde, et destilla ex arena, igne modico, quamdiu prodit Acidum.

ACIDUM BENZOICUM.

℞ Balsami Styracis Benzoini uncias viginti quatuor,
Sub-Carbonatis Sodæ uncias octo,
Aquæ libras sexdecim.

Balsamum cum Sub-Carbonate tritum, ex Aqua decoque, assidue agitans per horam dimidiam, et cola. Balsamum residuum ex aliis Aquæ libris sex decoque et cola. Colaturam hanc cum priori misce, et vapora

donec supersint libræ duæ. Iterum cola, et instilla, quamdiu fiat præcipitatio,

Acidum Sulphuricum dilutum.

Acidum Benzoicum præcipitatum in Aqua bulliente solve. Liquorem adhuc ferventem cola per linteum, et sepone ut Crystalli formentur. Crystallos collectas, aqua frigida ablutas sicca et serva.

ACIDUM MURIATICUM.

℞ Muriatis Sodæ prius igne rubefacti,
Acidi Sulphurici,
Aquæ, singulorum, libras duas.

Acidum cum Aquæ unciis octo permistum, cum refrixerit, Muriati Sodæ, retortæ vitreæ indito, affunde. Dein adaptato excipulo Aquam quæ reliqua est continente, ex arena igne modico fiat destillatio. Bre-

vi conglutinentur vasa, et continuetur destillatio ad siccitatem.

Hujus Acidi Muriatici pondus specificum est ad pondus Aquæ destillatæ ut 1170 ad 1000.

ACIDUM NITROSUM.

℞ Nitratis Potassæ contusi libras duas,
Acidi Sulphurici uncias sexdecim.

Nitrati Potassæ retortæ vitreæ indito affundatur Acidum, et fiat destillatio, ex arena, igne sensim aucto, donec olla ferrea obscure rubeat.

Hujus Acidi Nitrosi pondus specificum est ad pondus Aquæ destillatæ ut 1520 ad 1000.

ACIDUM NITROSUM DILUTUM.

℞ Acidi Nitrosi,
Aquæ, pondera paria.

Misce, vapores noxios cavens.

ACIDUM NITRICUM.

℞ Acidi Nitrosi quantum velis.

Inde retortæ vitreæ, et, adaptato excipulo frigefacto, ignem suppone lenissimum, donec pars ruberrima transierit, et Acidum, quod in retorta superest, jam coloris fere expers, factum fuerit Nitricum.

ACIDUM SULPHURICUM DILUTUM.

℞ Acidi Sulphurici partem unam,
Aquæ partes septem.

Misce.

CARBONAS POTASSÆ.

℞ Sub-Carbonatis Potassæ purissimi partes duas,
Aquæ partes tres.

Solvatur Sal in Aqua, et in apparatu idoneo subjiciatur rivo Gasis Acidi Carbonici. Solutio, quum Acidum absorbere cessaverit, coletur, et postea vaporet calore gradum 180 haud superante, ut crystalli formentur. Acidum Carbonicum facillime obtinetur ex pari pondere Carbonatis Calcis in pulverem triti, et Acidi Sulphurici multa aqua diluti.

SUB-CARBONAS POTASSÆ.

Sub-Carbonas Potassæ impurus crucibulo inditus rubescat igne; dein cum pari Aquæ pondere, bene conteratur. Liquor, postquam fæces subsederint, in ollam ferream mundissimam effusus, decoquatur ad sicci-

tatem; Sal vero sub finem assidue agitetur, ne vasi adhæreat.

SUB-CARBONAS POTASSÆ PURISSIMUS.

℞ Super-Tartratis Potassæ impuri quantum velis.

Super-Tartras Charta bibula madefacta involutus, vel crucibulo inditus, circumjectis prunis, in massam nigram comburatur; quæ dein contrita in crucibulo aperto, igni mediocri subjiciatur usque donec alba vel saltem cinerea fiat; cura adhibita ne liquescat. Tum in Aqua calida solvatur; per linteum coletur liquor, et in vase ferreo mundo vaporet, sub finem assidue agitatus cochleari ferreo ne materia fundo vasis adhæreat. Sal albissimus restabit, qui paulo diutius super ignem relinquendus est donec vasis fundus fere rubescat. Postremo refrigeratus in vasis vitreis bene obturatis servetur.

AQUA POTASSÆ.

℞ Calcis recentis uncias octo,
Sub-Carbonatis Potassæ uncias sex,
Aquæ bullientis uncias viginti octo.

Calci in vase ferreo vel figulino affundantur Aquæ unciæ viginti. Ebullitione peracta, statim addatur Sal ex Aquæ unciis octo solutus; omnibusque bene permistis, vas operiatur donec frigescant. Frigefacta materia, prius bene agitata, effundatur in infundibulum vitreum, cujus guttur linteolo puro obstructum sit. Infundibuli os superius operiatur dum tubus ejus alii vasi vitreo inseratur, ut Aqua Potassæ per linteolum in vas suppositum sensim stillet. Cum primum stillare desierit, affundantur in infundibulum Aquæ unciæ aliquot, sed caute, ut ea materiam supernatet. Incipiet iterum stillare Aqua Potassæ. Sic autem iteranda est Aquæ affusio, donec stillaverint

libræ tres, quod bidui vel tridui spatio fiet; dein liquoris partes superiores cum inferioribus agitatione misceantur; ipseque in vase bene obturato servetur.

POTASSA; OLIM, CAUSTICUM COMMUNE ACERRIMUM.

℞ Aquæ Potassæ quantum velis.

In vase ferreo mundissimo operto vaporet, donec, ebullitione finita, Materies Salina instar olei tranquille fluat, quod fit antequam vas igne rubescat. Dein effundatur super laminam ferream nitidam: in massulas secetur antequam durescat, et illico in phiala bene obturanda reponatur.

POTASSA CUM CALCE; OLIM, CAUSTICUM COMMUNE MITIUS.

℞ Aquæ Potassæ quantum velis.

Vaporet ad tertiam partem in vase ferreo operto; dein admisceatur Calcis recens extinctæ et tritæ, quantum sufficiat ad pultis solidioris crassitudinem dandam. Servetur materies in vase bene obturato.

AQUA SUPER-CARBONATIS POTASSÆ.

℞ Aquæ libras decem,
Sub-Carbonatis Potassæ purissimi unciam.

Solve, et subjice rivo Gasis Acidi Carbonici qui oriatur ex

Pulveris Carbonatis Calcis,
Acidi Sulphurici, utriusque, unciis tribus,
Aquæ libris tribus, gradatim et caute commistis.

Huic præparationi bene convenit apparatus chemicus a Doctore Nooth inventus. Quod si majore liquoris copia opus fuerit,

adhibeatur apparatus qualis dabit pressuram satis magnam. Liquor in vasis bene obturatis servari debet.

ACETAS POTASSÆ.

℞ Sub-Carbonatis Potassæ purissimi libram,
Acidi Acetici tenuis quantum satis sit.

Coquatur Sub-Carbonas, in Acidi libris quinque; ac plus Acidi diversis vicibus adjiciatur, donec prioris parte aquosa vaporando fere dissipata, novum Acidum additum nullam moveat effervescentiam, quod fiet consumptis Acidi libris circiter viginti; massa postea lente exsiccetur. Sal hic impurus, leni igne aliquantisper, nec justo diutius, liquefiat; dein solvatur in Aqua, et per chartam coletur. Si liquefactio rite peracta fuerit, liquor colatus limpidus erit, sin minus, coloris fusci. Postea, lenissimo igne vaporet

hic liquor, ex vase vitreo minime profundo, ita ut ab igne remotus, in massam crystallinam abeat. Acetas Potassæ in vase optime clauso asservari debet.

SULPHAS POTASSÆ.

Salem acidulum post destillationem Acidi Nitrosi residuum solve in Aqua calida, et admisto pulvere Carbonatis Calcis ad absumendum superfluum acidum, sepone donec fæces subsederint. Tum liquorem ab his effusum et per chartam colatum, vaporatione dispone ut crystalli formentur.

SULPHAS POTASSÆ CUM SULPHURE.

℞ Nitratis Potassæ in pulverem triti,
Sulphuris sublimati, pondera æqualia.

Bene commista injiciantur paulatim in

crucibulum igne rubens. Peracta deflagratione, frigescat Sal, et in vase vitreo bene obturando reponatur.

TARTRAS POTASSÆ.

℞ Sub-Carbonatis Potassæ partem unam,
Super-Tartratis Potassæ partes tres, vel quantum satis sit,
Aquæ bullientis partes quindecim.

Sub-Carbonati in Aqua soluto Super-Tartratem in pulverem tenuem tritum paulatim adjice, quamdiu effervescentiam excitet, quæ fere desinit antequam triplum Sub-Carbonatis pondus injectum fuerit; dein liquorem refrigeratum per chartam cola, et post idoneam exhalationem sepone, ut Crystalli formentur.

CARBONAS SODÆ.

℞ Sub-Carbonatis Sodæ partes duas,
Aquæ partes tres.

Solvatur Sal in Aqua, et subjiciatur rivo Gasis Acidi Carbonici, donec Acidum absorbere cessaverit. Tum coletur liquor, et postea vaporet calore gradum 180 haud superante, ut massa crystallina formetur.

Acidum Carbonicum facillime obtinetur ex pari pondere Carbonatis Calcis triti, et Acidi Sulphurici multa aqua diluti.

SUB-CARBONAS SODÆ.

℞ Sub-Carbonatis Sodæ impuri quantum vis.

Contunde, tum coque ex Aqua donec omnis Sal aqua diluatur. Dein per chartam

coletur solutio, et in vase ferreo vaporet, ut post refrigerationem concrescant Crystalli.

AQUA SUPER-CARBONATIS SODÆ.

℞ Aquæ libras decem,
Sub-Carbonatis Sodæ uncias duas,

Solve, et subjice rivo Gasis Acidi Carbonici qui oriatur ex

Pulveris Carbonatis Calcis,
Acidi Sulphurici, utriusque, unciis tribus,
Aquæ libris tribus, gradatim et caute commistis.

Huic præparationi bene convenit apparatus chemicus a Doctore Nooth inventus. Quod si majore liquoris copia opus fuerit, adhibeatur apparatus qualis pressuram satis magnam dabit. Liquor in vasis bene obturatis servari debet.

TARTRAS SODÆ ET POTASSÆ.

℞ Sub-Carbonatis Sodæ partem unam,
Super-Tartratis Potassæ partes tres, vel quantum satis sit,
Aquæ bullientis partes quindecim.

Sub-Carbonati in Aqua soluto Super-Tartratem in pulverem tenuem tritum paulatim adjice, quamdiu effervescentiam excitet, quæ fere desinit antequam triplum Sub-Carbonatis pondus injectum fuerit; dein liquorem refrigeratum per chartam cola, et post idoneam exhalationem sepone, ut Crystalli formentur.

PHOSPHAS SODÆ.

℞ Ossium ad albedinem crematorum, et in pulverem tritorum, libras decem,
Acidi Sulphurici libras sex,
Sub-Carbonatis Sodæ quantum satis sit.

Pulverem Ossium in vase figulino cum Acido Sulphurico permisce; dein adde Aquæ libras novem, et iterum permisce; tunc vas in aquæ bullientis vapore fove per tres dies, quibus elapsis, materiam Aquæ bullientis libris novem dilue, et per pannum linteum fortem cola: Aquam bullientem denuo massæ superinfunde, donec Acidum omne Phosphoricum eluatur. Liquorem colatum sepone, ut fæces subsidant, a quibus effunde; dein, vaporatione, minue ad libras novem. Huic liquori a fæcibus effuso, et calefacto in vase figulino, adde Sub-Carbonatem ex Aqua calida solutum, donec cesset effervescentia. Tum cola, et sepone, ut Crystalli formentur. His exemptis, liquori, si opus sit, adde paululum Sub-Carbonatis Sodæ, ut Acidum Phosphoricum accurate saturetur, et vaporatione ad Crystallos iterum formandas dispone, quamdiu hæ prodierint. Crystalli demum in vase bene obturando reponantur.

SULPHAS SODÆ.

Salem acidulum post destillationem Acidi Muriatici residuum solve in Aqua, et, admisto pulvere Carbonatis Calcis, ad absumendum superfluum Acidum, sepone donec fæces subsederint; tum liquorem ab his effusum, et per chartam colatum, vaporatione dispone, ut Crystalli formentur.

SUB-CARBONAS AMMONIÆ.

℞ Muriatis Ammoniæ partem unam,
Carbonatis Calcis mollioris siccati partes duas.

Utrumque seorsim tritum permisce, et sublima ex retorta in excipulum refrigeratum.

SOLUTIO SUB-CARBONATIS AMMONIÆ.

℞ Sub-Carbonatis Ammoniæ partem unam,
Aquæ destillatæ partes quatuor.

Solve Sub-Carbonatem in Aqua, et per chartam cola.

AQUA AMMONIÆ.

℞ Muriatis Ammoniæ libram,
Calcis recentis libram cum semisse,
Aquæ destillatæ libram,
Aquæ uncias novem.

In vase ferreo vel figulino Calci contusæ affunde Aquam, vas operito donec Calx, in pollen dilapsa, friguerit; dein Muriatem in pulverem tenuissimum tritum, cum Calce

terendo in mortario permisce, et protinus retortæ vitreæ inde. Ponatur retorta in balneo arenæ, et accurate conglutinetur excipulus tubo instructus, qui immittatur ad imum fere phialæ Aquam destillatam continentis. Sit tamen phiala tantæ capacitatis, ut duplum Aquæ continere possit.

Tandem supponatur ignis, sensim augendus, donec fundus ollæ ferreæ rubescat, et quamdiu gas et humor prodierint.

Hujus Aquæ Ammoniæ pondus specificum est ad pondus Aquæ destillatæ ut 0.939 ad 1000. In phialis parvis bene obturatis servari debet.

AQUA AMMONIÆ DILUTA.

℞ Aquæ Ammoniæ partem unam,
Aquæ destillatæ partes duas.

Misce.

ALCOHOL AMMONIATUM.

℞ Alcoholis fortioris uncias triginta duas,
Calcis recentis uncias duodecim,
Muriatis Ammoniæ uncias octo,
Aquæ uncias sex.

In vase ferreo vel figulino Calci contusæ affunde Aquam, vas operito donec Calx, in pollen dilapsa, friguerit; dein Muriatem in pulverem tenuissimum tritum, cum Calce terendo in mortario permisce, et protinus retortæ vitreæ inde. Ponatur retorta in balneo arenæ, et accurate conglutinetur excipulus tubo instructus, qui immittatur ad imum fere phialæ Alcohol continentis. Sit tamen phiala tantæ capacitatis ut Alcohol duos trientes ejus solummodo impleat.

Tandem supponatur ignis, sensim augendus, donec fundus ollæ ferreæ rubescat, et quamdiu gas et humor prodierint.

AQUA ACETATIS AMMONIÆ.

℞ Sub-Carbonatis Ammoniæ triti quantum velis,
Acidi Acetici tenuis quantum satis sit.

Affunde paulatim Acidum donec Sub-Carbonas accurate saturetur.

HYDRO-SULPHURETUM AMMONIÆ.

℞ Aquæ Ammoniæ,
Sulphureti Ferri, utriusque, uncias quatuor,
Acidi Muriatici uncias octo,
Aquæ libras duas cum semisse.

Sulphureto affundatur Acidum, Aqua prius mistum, et Gas inde oriens transmittatur per Aquam Ammoniæ. Servetur liquor in phiala quam optime obturata.

CAP. XXII.

TERREA.

ALUMEN EXSICCATUM.

Alumen in vase fictili vel ferreo liquescat, et urgeatur igne donec ebullire desinat. Dein in pulverem teratur.

MURIAS BARYTÆ.

℞ Carbonatis Barytæ,
Acidi Muriatici, utriusque partem unam,
Aquæ partes tres.

Aquæ et Acido mistis adde Carbonatem in frustula contusum. Effervescentia finita

digere per horam, dein cola, et post idoneam vaporationem, sepone ut Crystalli formentur. Repetatur vaporatio quamdiu formatæ fuerint Crystalli.

Si Carbonas Barytæ haud obtineri potest, paretur Murias ex Sulphate Barytæ modo sequente.

℞ Sulphatis Barytæ libras duas,
Carbonis Ligni triti uncias quatuor,
Acidi Muriatici quantum satis sit.

Igne torreatur Sulphas, quo facilius teratur in pulverem tenuissimum, cui bene admiscendus est Pulvis Carbonis Ligni. Indatur materies crucibulo, et, adaptato operculo, urgeatur igne forti per horas sex. Materia bene trita immittatur Aquæ bullientis libris sex in vase vitreo vel figulino, et agitatione permisceatur, aeris aditu, quantum fieri possit, occluso.

Stet vas in balneo vaporis, donec subsederit pars non soluta; dein effundatur liquor. Parti non solutæ affundantur denuo Aquæ bullientis libræ quatuor; quæ post agitationem et subsidentiam priori liquori addantur. Liquori adhuc calido, vel si friguerit iterum calefacto, instilletur Acidum Muriaticum, quamdiu moverit effervescentiam. Dein coletur liquor, et vaporet, ut Crystalli formentur.

SOLUTIO MURIATIS BARYTÆ.

℞ Muriatis Barytæ partem unam,
Aquæ destillatæ partes tres.

Solve.

CARBONAS CALCIS PRÆPARATUS.

Carbonas Calcis, in mortario ferreo in pulverem tritus, et super porphyriten cum pauxilla aqua levigatus, indatur vasi amplo;

tum affundatur Aqua, quæ, vase sæpius agitato, polline onusta elutrietur. Quiescente Aqua, subsidet pulvis subtilis, exsiccandus.

Pulvis crassus quem Aqua sustinere nequit iterum levigetur, et eodem tractetur modo.

POTIO CARBONATIS CALCIS.

℞ Carbonatis Calcis præparati unciam,
Sacchari purificati unciam dimidiam,
Mucilaginis Acaciæ Arabicæ uncias duas.

Tere simul, et dein sensim adde

Aquæ libras duas cum semisse,
Spiritus Lauri Cinnamomi uncias duas.

SOLUTIO CALCIS; SIVE, AQUA CALCIS.

℞ Calcis recentis libram dimidiam.

Calcem vasi figulino immitte, et insperge Aquæ uncias quatuor, clauso vase dum Calx incalescit et in pulverem dilabitur; dein affunde Aquæ libras duodecim, et agitatione Calcem cum Aqua permisce. Postquam subsederit Calx, iteretur agitatio; idque fiat decies circiter, occluso semper vase, ut liberior aeris accessus arceatur. Tandem coletur liquor per chartam, interpositis hanc inter et infundibulum baculis vitreis, ut quam celerrime transeat Solutio; quæ in ampullis parvis probe obturatis servetur.

SOLUTIO MURIATIS CALCIS.

℞ Carbonatis Calcis durioris (nempe Marmoris albi) in frusta contusi uncias novem,
Acidi Muriatici uncias sexdecim,
Aquæ uncias octo.

Misce Acidum cum Aqua, et adde paulatim frusta Carbonatis Calcis. Effervescentia finita, digere per horam. Liquorem effunde, et per vaporationem ad siccitatem redige. Residuum solve ex sesquialtero pondere Aquæ; et Solutionem per chartam cola.

CARBONAS MAGNESIÆ.

℞ Sulphatis Magnesiæ partes quatuor,
Sub-Carbonatis Potassæ partes tres,
Aquæ bullientis quantum satis sit.

Separatim Aquæ duplo solvantur Sales, et vel colentur, vel aliter a fæcibus purificentur solutiones; dein misceantur, et protinus adjiciatur Aquæ octuplum. Bulliat liquor paulisper, et simul agitetur; tum quiescat donec calor paululum imminuatur, dein coletur per linteum, super quod restabit Carbonas Magnesiæ, qui aqua pura bene lavetur, et postea leni calore exsiccetur.

MAGNESIA.

Carbonas Magnesiæ crucibulo inditus, igne rubescat per horas duas; dein in vasis vitreis bene obturatis servetur.

CAP. XXIII.

METALLICA.

SULPHURETUM ANTIMONII PRÆPARATUM.

Sulphuretum Antimonii in mortario ferreo in pulverem tritum et super porphyriten cum pauxilla aqua levigatum, indatur vasi amplo ; tum affundatur aqua, quæ, vase sæpius agitato, polline onusta elutrietur. Quiescente aqua, subsidet pulvis subtilis, exsiccandus.

Pulvis crassus, quem Aqua sustinere nequit, iterum levigetur, et eodem tractetur modo.

OXIDUM ANTIMONII CUM PHOSPHATE CALCIS; OLIM, PULVIS ANTIMONIALIS.

℞ Sulphureti Antimonii in pulverem crassum triti,
Cornu Cervi Elaphi rasi, utriusque, partes æquales.

Misce et injice ollæ ferreæ parum profundæ, igne rubenti, et assidue agita, donec materia coloris cinerei fiat, quam ab igne remotam, et in pulverem tritam, crucibulo loricato immitte; huic crucibulum aliud inversum, cui parvum sit in fundo foramen, luto conjunge, ignemque subministra, quem ad calorem candentem sensim auge, et ita auctum serva per horas duas; denique materiam frigefactam in pulverem subtilissimum tere.

SULPHURETUM ANTIMONII PRÆCIPITATUM.

℞ Aquæ Potassæ partes quatuor,
Aquæ partes tres,
Sulphureti Antimonii præparati partes duas,
Acidi Sulphurici diluti quantum satis sit.

Misce Sulphuretum cum Aqua Potassæ et Aqua, dein coque in olla ferrea operta, super ignem lenem, per horas tres, sæpe agitans spathula ferrea, et addens aquam prout opus fuerit. Liquorem calidum cola per linteum duplex, et colato adde Acidi quantum satis sit ad dejiciendum Sulphuretum, aqua calida diligenter lavandum.

TARTRAS ANTIMONII; OLIM, TARTARUS EMETICUS.

℞ Sulphureti Antimonii,
Nitratis Potassæ, utriusque, paria pondera,
Super-Tartratis Potassæ quantum satis sit.

Sulphuretum et Nitras separatim trita, et bene commista, injiciantur in crucibulum candens. Peracta deflagratione, materia rubescens a crusta albicante separetur, et teratur in pulverem tenuissimum, qui sæpius lavetur multa aqua calida. Postea siccetur.

Hunc pulverem cum æquali pondere Super-Tartratis Potassæ terendo misce, et misturam ex quadruplo Aquæ destillatæ in vase vitreo per horam coque; dein per chartam cola, et liquorem colatum vaporatione dispone ut crystalli formentur.

VINUM TARTRATIS ANTIMONII.

℞ Tartratis Antimonii grana viginti quatuor,
Vini albi Hispani libram.

Misce, ut solvatur Tartras Antimonii.

NITRAS ARGENTI.

℞ Argenti purissimi in laminas extensi et conscissi partem unam,
Acidi Nitrosi diluti partes duas,
Aquæ destillatæ partem unam.

Ex Acido et Aqua prius mistis solvatur Argentum in phiala, leni calore, et vaporet solutio ad siccitatem. Tum massa crucibulo amplo indita imponatur igni, qui primo lenis, sensim augeatur, donec massa instar olei fluat; dein effundatur in fistu-

las ferreas calefactas et sebo inunctas; denique in vase vitreo optime clauso reponatur.

SOLUTIO ARSENICALIS.

℞ Oxidi Arsenici in pulverem subtilissimum triti,
Sub-Carbonatis Potassæ purissimi, utriusque, grana sexaginta quatuor,
Aquæ destillatæ uncias quatuordecim.

Coque simul in vase vitreo, lento igne, donec Oxidum omne solutum fuerit. Liquori frigefacto adde

Spiritus Lavandulæ compositi semunciam,
Aquæ destillatæ quantum sufficiat ut sint totius liquoris unciæ sexdecim.

AMMONIARETUM CUPRI.

℞ Sulphatis Cupri purissimi partes duas,
Sub-Carbonatis Ammoniæ partes tres.

Diligenter subige in mortario vitreo, donec, finita omni effervescentia, placide coeant in massam violaceam, quæ charta bibula obvoluta, primo super lapidem cretaceum, dein leni calore exsiccata, in vase vitreo bene obturato servetur.

SOLUTIO SULPHATIS CUPRI COMPOSITA.

℞ Sulphatis Cupri,
Aluminis, utriusque, uncias tres,
Aquæ libras duas,
Acidi Sulphurici unciam cum semisse.

Sulphatem et Alumen in Aqua coque ut

solvantur; dein liquori per chartam colato adde Acidum.

LIMATURA FERRI PURIFICATA.

Imposito Limaturæ Ferri cribro, admoveatur Magnes, ut trans cribrum Limatura sursum attrahatur.

SUB-CARBONAS FERRI PRÆPARATUS.

Ferri Limatura purificata sæpius Aqua humectetur, ut fatiscat in rubiginem, quæ in pollen teratur.

CARBONAS FERRI PRÆCIPITATUS.

℞ Sulphatis Ferri uncias quatuor,
Sub-Carbonatis Sodæ uncias quinque,
Aquæ libras decem.

Solve Sulphatem in Aqua; dein adde

Sub-Carbonatem prius ex Aqua solutum, et permisce.

Lavetur Carbonas Ferri, qui fundum petit, aqua tepida, et postea siccetur.

OXIDUM FERRI NIGRUM PURIFICATUM.

Oxidi Ferri Squamis, ad fabrorum incudes reperiundis, admoveatur Magnes, adeo ut squamæ tenuiores et puriores, tantum attrahantur.

SULPHAS FERRI.

℞ Limaturæ Ferri purificatæ uncias sex,
Acidi Sulphurici uncias octo,
Aquæ libras duas cum semisse.

Misce, et, peracta effervescentia, digere aliquamdiu super arenam calidam; deinde liquorem effusum per chartam cola et post

idoneam exhalationem sepone, ut Crystalli formentur.

SULPHAS FERRI EXSICCATUS.

℞ Sulphatis Ferri quantum velis.

In vase fictili, non vitreato, calefiat igne modico donec albescat et siccissimus fiat.

OXIDUM FERRI RUBRUM.

Sulphas Ferri exsiccatus gradatim urgeatur igne vehementi, donec transierit in materiam ruberrimam.

SULPHURETUM FERRI.

℞ Limaturæ Ferri purificatæ partes tres,
Sulphuris sublimati partem unam.

Misce, et in crucibulo cooperto igni modico subjice, donec in massam coeant.

TINCTURA MURIATIS FERRI.

℞ Oxidi Ferri nigri purificati triti uncias tres,
Acidi Muriatici uncias circiter decem, vel quantum sufficiat ad solvendum pulverem.

Digere leni calore, et, soluto pulvere, adde

Alcoholis quantum sufficiat ut sint totius liquoris libræ duæ cum semisse.

TARTRAS POTASSÆ ET FERRI.

℞ Limaturæ Ferri purificatæ partem unam,
Super-Tartratis Potassæ triti partes duas,
Aquæ partem unam.

Tere simul et in vase fictili patulo aeri expone per dies quindecim, quotidie spathula permiscens, aqua subinde addita ut materies

semper humida maneat. Dein materiem ex aquæ quadruplo coque paulisper, et solutionem, fæcibus relictis, effunde. Vaporet solutio calore balnei aquosi ad siccitatem, et teratur massa in pulverem, in vase bene obturato servandum.

MURIAS AMMONIÆ ET FERRI.

℞ Oxidi Ferri rubri, loti, et iterum exsiccati,
Muriatis Ammoniæ, utriusque, pondera paria.

Bene permista sublimentur igne acri. Materiem sublimatam in pulverem tere, et in vase bene obturato serva.

HYDRARGYRUS PURIFICATUS.

℞ Hydrargyri partes sex,
Limaturæ Ferri partem unam.

Tere simul, et destilla e vase ferreo.

ACETAS HYDRARGYRI.

℞ Hydrargyri purificati uncias tres,
Acidi Nitrosi diluti uncias quatuor cum semisse, vel paulo plus quam ad solvendum Hydrargyrum requiratur,
Acetatis Potassæ uncias tres,
Aquæ bullientis libras octo.

Hydrargyrum cum Acido misce, et sub finem effervescentiæ digere, si opus fuerit, leni calore, donec penitus solvatur Hydrargyrus. Tum solve Acetatem Potassæ in Aqua bulliente; et protinus huic solutioni priorem affunde, et agitando permisce. Dein sepone ut Crystalli formentur. Has infundibulo inditas aqua destillata frigida lava; et demum calore quam lenissimo sicca.

In parando Acetate Hydrargyri, oportet vasa omnia et infundibula, quæ adhibentur, sint vitrea.

MURIAS HYDRARGYRI CORROSIVUS.

℞ Hydrargyri purificati libras duas,
Acidi Sulphurici libras duas cum semisse,
Muriatis Sodæ exsiccati libras quatuor.

Hydrargyrum cum Acido Sulphurico in vase vitreo coque super arenam, donec materia exsiccata fuerit. Materiam frigefactam misce in vase vitreo, cum Muriate Sodæ; tum in cucurbita vitrea sublima, calore sensim aucto. Dein materiam sublimatam a scoriis separa.

SUB-MURIAS HYDRARGYRI MITIS; SIVE CALOMELAS.

℞ Muriatis Hydrargyri partes quatuor,
Hydrargyri purificati partes tres.

Tere Muriatem in pulverem tenuem in mortario vitreo cum pauxilla aqua, ut ab acri pulvere præcaveatur; dein adde Hydrargyrum et iterum tere ad ejus extinctionem; massa exsiccata phialæ oblongæ, cujus tertiam tantum impleat partem, indita, ex arena calida sublimetur. Sublimatum in pulverem tritum iterum sublimetur, et in pulverem tenuissimum teratur, aqua destillata fervente demum lavandum.

SUB-MURIAS HYDRARGYRI PRÆCIPITATUS.

℞ Acidi Nitrosi diluti,
Hydrargyri purificati, utriusque, uncias octo,
Muriatis Sodæ uncias quatuor cum semisse,
Aquæ bullientis libras octo.

Hydrargyrum cum Acido misce, et sub finem effervescentiæ digere leni calore, vase

interea sæpius agitato. Oportet autem plus Hydrargyri admiscuisse Acido quam hoc dissolvere possit, ut mistura penitus saturata tandem obtineatur.

Solve simul Muriatem Sodæ in Aqua bulliente; huic affunde alteram solutionem, adhuc calidam; et omnia celeriter permisce. Post subsidentiam, effunde liquorem et lava Sub-Muriatem Hydrargyri, aqua calida sæpius addita, totiesque post subsidentiam effusa, donec saporis sit expers.

OXIDUM HYDRARGYRI CINEREUM.

℞ Sub-Muriatis Hydrargyri sem-unciam,
Solutionis Calcis libras quinque.

Sub-Muriatem in Solutione coque, in vase leviter clauso per horæ quadrantem. Post subsidentiam liquorem effunde et Oxidum Aqua destillatà lava; deinde exsicca.

OXIDUM HYDRARGYRI RUBRUM PER ACIDUM NITRICUM.

℞ Hydrargyri purificati partes tres,
Acidi Nitrosi diluti partes quatuor.

Solvatur Hydrargyrus, lentoque igne vaporet solutio in massam albam siccam, quæ in pulverem trita cucurbitæ vitreæ indatur, lamina vitrea crassa illius superficiei imposita. Tum, adaptato capitulo, et vase in arena posito, torreatur igne sensim aucto, donec in squamulas ruberrimas abeat.

SUB-SULPHAS HYDRARGYRI FLAVUS.

℞ Hydrargyri purificati partes duas,
Acidi Sulphurici partes tres.

Indantur cucurbitæ vitreæ, et coquantur ex arena ad siccitatem. Materia alba, in fundo relicta, trita, conjiciatur in Aquam

bullientem. Pulvis flavus inde ortus aqua calida sæpius lavetur.

SULPHURETUM HYDRARGYRI NIGRUM.

℞ Hydrargyri purificati,
Sulphuris sublimati, utriusque, pondera æqualia.

Terantur simul in mortario vitreo, pistillo vitreo, donec globuli Hydrargyri visum penitus effugerint.

Fit quoque cum duplice Hydrargyro.

ACETAS PLUMBI.

℞ Oxidi Plumbi albi quantum velis.
Acidi Acetici tenuis quantum satis sit.

Oxido cucurbitæ indito affundatur Acidi decuplum.

Stet super arenam calidam donec Acidum dulcescat; hoc dein separetur; et plus Acidi denuo affundatur donec dulcescere desinat. Tum liquor omnis defæcatus vaporet in vase vitreo ad spissitudinem mellis liquidioris, et in loco frigido seponatur, ut concrescant Crystalli, in umbra siccandæ. Liquor residuus denuo vaporet, ut novæ formentur Crystalli; totiesque iteretur vaporatio donec nullæ amplius concrescant.

CARBONAS ZINCI IMPURUS PRÆPARATUS.

Carbonas Zinci impurus, ab iis qui orichalcum conficiunt torrefactus, in mortario ferreo in pulverem teratur, et super porphyriten cum pauxilla aqua levigetur, dein indatur vasi amplo, et affundatur aqua, quæ, vase sæpius agitato, polline onusta elutrietur. Quiescente aqua, subsidet pulvis subtilis exsiccandus.

Pulvis crassus, quem aqua sustinere nequit, iterum levigetur, et eodem tractetur modo.

OXIDUM ZINCI IMPURUM PRÆPARATUM.

Præparatur ut Carbonas Zinci impurus.

OXIDUM ZINCI.

Crucibulum amplum in furno prunis instructo ita collocetur ut hujus ostium versus paulo inclinet, et, cum illius fundus mediocriter canduerit, injiciatur Zinci frustulum pondere circiter unius drachmæ. Zincum brevi accendetur, et simul in floccos albos convertetur, qui subinde a metalli superficie spathula ferrea retrahendi sunt, ut combustio ejus perfectius absolvatur; et tandem, cessante flamma, Oxidum Zinci e crucibulo auferendum est. Alio Zinci frustulo tunc

projecto, operatio iteretur, et, quoties opus fuerit, repetatur. Deinde Oxidum Zinci præparetur ut Carbonas Zinci impurus.

SULPHAS ZINCI.

℞ Zinci in frustula discissi partes tres,
Acidi Sulphurici partes quinque,
Aquæ partes viginti.

Misce, et peracta effervescentia digere aliquamdiu super arenam calidam. Deinde liquorem effusum per chartam cola, et post idoneam exhalationem, sepone, ut Crystalli formentur.

SOLUTIO SULPHATIS ZINCI.

℞ Sulphatis Zinci grana sexdecim,
Aquæ uncias octo,
Acidi Sulphurici diluti guttas sexdecim.

Solve Sulphatem Zinci in Aqua; dein, addito Acido, per chartam cola.

SOLUTIO ACETATIS ZINCI.

℞ Sulphatis Zinci drachmam,
Acetatis Plumbi scrupulos quatuor,
Aquæ destillatæ uncias viginti.

Solve Sales seorsim in Aquæ unciis decem. Misceantur solutiones, et post subsidentiam liquorem cola.

CAP. XXIV.

SULPHUREA.

OLEUM SULPHURATUM.

℞ Olei Oleæ Europææ partes octo,
Sulphuris Sublimati partem unam.

Coque leni igne, in vase ferreo amplo, assidue agitans, donec in unum coeant.

SULPHUR SUBLIMATUM LOTUM.

℞ Sulphuris sublimati partem unam,
Aquæ partes quatuor.

Sulphur coque paulisper ex Aqua; deinde hanc Aquam effunde, et frigida affusa, omne acidum ablue; denique Sulphur exsicca.

SULPHURETUM POTASSÆ.

℞ Sub-Carbonatis Potassæ partes duas,
Sulphuris Sublimati partem unam.

Simul trita crucibulo amplo loricato indantur, et operculo adaptato, prunisque caute subjectis, tandem liquescant. Servetur massa in vase optime obturato.

CAP. XXV.

PULVERES.

PULVIS AROMATICUS.

℞ Corticis Lauri Cinnamomi,
Seminum Amomi Repentis,
Radicis Amomi Zingiberis, singulorum,
partes æquales.

Tere in Pulverem tenuissimum, qui in vase vitreo bene obturato servetur.

PULVIS ASARI COMPOSITUS.

℞ Foliorum Asari Europæi partes tres,
Herbæ Origani Majoranæ,
Florum Lavandulæ Spicæ, utriusque, partem unam.

Tere simul in Pulverem.

PULVIS CARBONATIS CALCIS COMPOSITUS.

℞ Carbonatis Calcis præparati uncias quatuor,
Corticis Lauri Cinnamomi drachmam cum semisse,
Nuclei Myristici Moschatæ drachmam dimidiam.

Tere simul in pulverem.

PULVIS JALAPÆ COMPOSITUS.

℞ Pulveris radicis Convolvuli Jalapæ partem unam,
Super-Tartratis Potassæ partes duas.

Tere simul in Pulverem tenuissimum.

PULVIS IPECACUANHÆ ET OPII.

℞ Pulveris radicis Ipecacuanhæ,
Opii, utriusque, partem unam,
Sulphatis Potassæ partes octo.

Tere simul in Pulverem tenuem.

PULVIS OPIATUS.

℞ Opii partem unam,
Carbonatis Calcis præparati partes novem.

Tere simul in Pulverem tenuem.

PULVIS SALINUS COMPOSITUS.

℞ Muriatis Sodæ purioris,
Sulphatis Magnesiæ, utriusque, partes quatuor,
Sulphatis Potassæ partes tres.

Sales leni calore exsiccatos, in pulverem tenuem primo seorsim, dein simul tere; et in vase bene obturato serva.

PULVIS SCAMMONII COMPOSITUS.

℞ Gummi-resinæ Convolvuli Scammoniæ,
Super-Tartratis Potassæ, utriusque, partes æquales.

Tere simul in Pulverem tenuissimum.

PULVIS ALUMINIS COMPOSITUS.

℞ Aluminis partes quatuor,
Kino partem unam.

Tere simul in Pulverem tenuem.

CAP. XXVI.

ELECTUARIA.

ELECTUARIUM AROMATICUM.

℞ Pulveris Aromatici partem unam,
Syrupi Citri Aurantii partes duas.

Misce, diligenter subigens, ut fiat Electuarium.

ELECTUARIUM CASSIÆ FISTULÆ.

℞ Pulpæ Cassiæ Fistulæ partes quatuor,
Pulpæ Tamarindi Indicæ,
Mannæ, utriusque, partem unam,
Syrupi Rosæ Centifoliæ partes quatuor,

Mannam in mortario tritam, leni calore in Syrupo solve: dein adde Pulpas, et continuato calore, ad idoneam spissitudinem redige.

ELECTUARIUM CATECHU COMPOSITUM.

℞ Extracti Acaciæ Catechu uncias quatuor,
Kino uncias tres,
Corticis Lauri Cinnamomi,
Nuclei Myristicæ Moschatæ, utriusque, unciam,
Opii, in Vini albi Hispani quantum satis sit diffusi, drachmam cum semisse.
Syrupi Rosæ Gallicæ, ad mellis spissitudinem cocti, libras duas cum quadrante.

Redigantur solida in pulverem; et, admistis Opio et Syrupo, fiat Electuarium.

ELECTUARIUM OPIATUM; OLIM, ELECTUARIUM THEBAICUM.

℞ Pulveris Aromatici uncias sex,
Radicis Aristolochiæ Serpentariæ in pulverem tenuem tritæ uncias tres,
Opii, in Vini albi Hispani quantum satis sit diffusi, unciam dimidiam,
Syrupi Amomi Zingiberis libram.

Misce, fiat Electuarium.

ELECTUARIUM SENNÆ COMPOSITUM.

℞ Foliorum Cassiæ Sennæ uncias octo,
Seminum Coriandri Sativi uncias quatuor,
Radicis Glycyrrhizæ Glabræ contusæ uncias tres,
Fructus Fici Caricæ,
Pulpæ Pruni Domesticæ, utriusque, libram,

Pulpæ Tamarindi Indicæ libram dimidiam,
Sacchari purificati libras duas cum semisse,
Aquæ libras quatuor.

Folia Cassiæ cum seminibus Coriandri tere, et per cribrum separa pulveris misti uncias decem. Residuum cum Caricis et Radice Glycyrrhizæ in Aqua decoque ad dimidium; dein exprime et cola. Liquorem colatum per vaporationem absume ad libram circiter cum semisse. Dein adde Saccharum; et postea gradatim pulpas; tandem immisce pulverem mistum.

CAP. XXVII.

PILULÆ.

PILULÆ ALOETICÆ.

℞ Extracti Aloes Socotorinæ in pulverem triti,
Saponis duri, utriusque, partes æquales.

Subige cum Syrupo simplice, ut fiat massa ad Pilulas formandas apta.

PILULÆ ALOES ET ASSÆFŒTIDÆ.

℞ Extracti Aloes Socotorinæ triti,
Gummi-resinæ Ferulæ Assæfœtidæ,
Saponis duri, singulorum, partes æquales.

Cum Mucilagine Acaciæ Arabicæ subigantur in massam.

PILULÆ ALOES ET MYRRHÆ.

℞ Extracti Aloes Socotorinæ partes quatuor,
Myrrhæ partes duas,
Stigmatum Croci Sativi partem unam.

Subige in massam cum Syrupo simplice.

PILULÆ AMMONIARETI CUPRI.

℞ Ammoniareti Cupri in pulverem tenuem triti grana sexdecim,
Micæ Panis scrupulos quatuor,
Aquæ Sub-Carbonatis Ammoniæ, quantum satis sit.

Subige in massam, dividendam in Pilulas triginta duas æquales.

PILULÆ ASSÆFŒTIDÆ COMPOSITÆ.

℞ Gummi-resinæ Ferulæ Assæfœtidæ,
Gummi-resinæ Bubonis Galbani,
Myrrhæ, singulorum, partes octo,
Olei Succini purissimi partem unam.

Subige in massam cum Syrupo simplice.

PILULÆ COLOCYNTHIDIS COMPOSITÆ.

℞ Extracti Aloes Socotorinæ,
Gummi-resinæ Convolvuli Scammoniæ, utriusque, partes octo,
Pulpæ Cucumeris Colocynthidis partes quatuor,
Sulphatis Potassæ,
Olei Volatilis Eugeniæ Caryophyllatæ, utriusque, partem unam.

Extractum et Gummi-resina cum Sulphate in pulverem redigantur; tum Pulpa Cucumeris Colocynthidis in pulverem tenuem trita, et Oleum admisceantur; denique cum Mucilagine Acaciæ Arabicæ subigantur in massam.

PILULÆ GAMBOGIÆ COMPOSITÆ.

℞ Gambogiæ tritæ,
Extracti Aloes Socotorinæ triti,
Pulveris Aromatici, singulorum, partem unam,
Saponis duri partes duas.

Misce inter se pulveres; dein, adjecto Sapone, subige in massam cum Syrupo simplice.

PILULÆ HYDRARGYRI.

℞ Hydrargyri purificati,
Conservæ Rosæ Gallicæ, utriusque, unciam,
Amyli uncias duas.
Mucilaginis Acaciæ Arabicæ quantum satis sit.

Tere Hydrargyrum cum Conserva in mortario vitreo, donec illius globuli visum penitus effugerint, addito, prout opus fuerit, aliquantulo Mucilaginis Acaciæ Arabicæ; dein Amylum adjice; et cum aquæ pauxillo subige in massam, statim dividendam in Pilulas quadringentas octoginta æquales.

PILULÆ OPIATÆ; OLIM, PILULÆ THEBAICÆ.

℞ Opii partem unam,
Extracti Glycyrrhizæ Glabræ partes septem,
Fructus Myrti Pimentæ partes duas.

Opio et Saponi in pulpam contusis, adde fructum Myrti Pimentæ in pulverem tritum; dein subige in massam.

PILULÆ RHEI COMPOSITÆ.

℞ Radicis Rhei Russici in pulverem tritæ unciam,
Extracti Aloes Socotorinæ drachmas sex,
Myrrhæ unciam dimidiam,
Olei volatilis Menthæ Piperitæ drachmam dimidiam.

Cum Syrupo Citri Aurantii subige in massam.

PILULÆ SCILLITICÆ.

℞ Radicis Scillæ Maritimæ exsiccatæ, et in pulverem tenuem tritæ, scrupulum,
Ammoniaci,
Seminum Amomi Repentis in pulverem tritorum,
Extracti Glycyrrhizæ Glabræ, singulorum, drachmam.

Cum Syrupo simplice subige in massam.

PILULÆ SUB-CARBONATIS SODÆ.

℞ Sub-Carbonatis Sodæ cxsiccati partes quatuor,
Saponis duri partes tres.

Subige in massam cum Syrupo simplice.

PILULÆ SUB-MURIATIS HYDRARGYRI COMPOSITÆ.

℞ Sub-Muriatis Hydrargyri,
Sulphureti Antimonii præcipitati, utriusque, partem unam,
Gummi-resinæ Guajaci tritæ partes duas.

Tere Sub-Muriatem cum Sulphureto; dein cum Gummi-resina, et cum Mucilagine Acaciæ Arabicæ subige in massam.

PILULÆ SULPHATIS FERRI COMPOSITÆ.

℞ Sulphatis Ferri in pulverem triti unciam,
Extracti Anthemidis Nobilis unciam et dimidiam,
Olei Volatilis Menthæ Piperitæ drachmam.

Cum Syrupo simplice subige in massam.

CAP. XXVIII.

TROCHISCI.

TROCHISCI CARBONATIS CALCIS.

℞ Carbonatis Calcis præparati uncias quatuor,
Gummi Acaciæ Arabicæ unciam,
Nuclei Myristicæ Moschatæ drachmam,
Sacchari purificati uncias sex.

Hæc in pulverem terantur; et cum Aqua fiat massa in Trochiscos formanda.

TROCHISCI CARBONATIS MAGNESIÆ.

℞ Carbonatis Magnesiæ uncias sex,
Sacchari purificati uncias tres,
Nuclei Myristicæ Moschatæ scrupulum.

Conterantur in pulverem, et cum Mucilagine Astragali Tragacanthæ fiat massa in Trochiscos formanda.

TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ GLABRÆ.

℞ Extracti Glycyrrhizæ Glabræ,
Gummi Acaciæ Arabicæ, utriusque, partem unam,
Sacchari purificati partes duas,
Aquæ bullientis quantum satis sit.

Solve, et cola; dein vaporet solutio, leni calore, in massam quæ in Trochiscos formetur.

TROCHISCI GLYCYRRHIZÆ CUM OPIO.

℞ Opii drachmas duas,
Tincturæ Toluiferæ Balsami unciam dimidiam,
Syrupi simplicis uncias octo,
Extracti Glycyrrhizæ Glabræ, aqua calida molliti,
Gummi Acaciæ Arabicæ in pulverem triti, utriusque, uncias quinque.

Primo tere Opium bene cum Tinctura; dein paulatim admisce Syrupum et Extractum; postea sensim insperge pulverem Gummi; et tandem exsicca, ut fiat massa in Trochiscos formanda singulos grana decem pendentes.

TROCHISCI GUMMOSI.

℞ Gummi Acaciæ Arabicæ partes quatuor,
Amyli partem unam,
Sacchari purificati partes duodecim.

Omnibus in pulverem contritis, cum Aqua Rosæ Centifoliæ fiat massa in Trochiscos formanda.

TROCHISCI NITRATIS POTASSÆ.

℞ Nitratis Potassæ partem unam,
Sacchari purificati partes tres.

Conterantur in pulverem; et cum Mucilagine Astragali Tragacanthæ fiat massa in Trochiscos formanda.

CAP. XXIX.

OLEOSA.

OLEUM AMMONIATUM.

℞ Olei Oleæ Europææ partes octo,
Aquæ Ammoniæ partem unam.

Misce.

OLEUM CAMPHORATUM.

℞ Olei Oleæ Europææ partes quatuor,
Camphoræ partem unam.

Tere simul ut solvatur Camphora.

OLEUM LINI CUM CALCE; SIVE LINIMENTUM AQUÆ CALCIS.

℞ Olei Lini Usitatissimi,
Solutionis Calcis, utriusque, partes æquales.

Misce.

CAP. XXX.

LINIMENTA, UNGUENTA, ET CERATA.

LINIMENTUM SIMPLEX.

℞ Olei Oleæ Europææ partes quatuor,
Ceræ albæ partem unam.

Leni calore liquescat Cera in Oleo; dein assidue agitetur mistura, donec frigescens riguerit.

UNGUENTUM SIMPLEX.

℞ Olei Oleæ Europææ partes quinque,
Ceræ albæ partes duas.

Leni calore liquescat Cera in Oleo ; dein assidue agitetur mistura, donec frigescens riguerit.

CERATUM SIMPLEX.

℞ Olei Oleæ Europææ partes sex,
Ceræ albæ partes tres,
Spermaceti partem unam.

Leni calore liquescant Cera et Spermaceti in Oleo ; dein assidue agitetur mistura, donec frigescens riguerit.

UNGUENTUM RESINOSUM.

℞ Adipis Suilli partes octo, — lb ii
Resinæ albæ partes quinque, lb i ℥iv
Ceræ flavæ partes duas. ℥vi

Liquescant omnia leni calore; dein assidue agitetur mistura, donec frigescens riguerit.

Liquefy the whole over a slow fire; then assiduously stir the mixture, until

UNGUENTUM PULVERIS CANTHARIDIS VESICATORIÆ.

℞ Unguenti resinosi partes septem,
Cantharidis Vesicatoriæ in pulverem tenuissimum tritæ, partem unam.

Liquefacto Unguento insperge pulverem; dein assidue agitetur mistura, donec frigescens riguerit.

UNGUENTUM INFUSI CANTHARIDIS VESICATORIÆ.

℞ Cantharidis Vesicatoriæ,
Resinæ albæ,
Ceræ flavæ, singulorum, partem unam,
Terebinthinæ Venetæ,
Adipis Suilli, utriusque, partes duas,
Aquæ bullientis partes quatuor.

Macera Cantharides in Aqua per noctem,

et valide exprimens cola; dein liquorem, addito Adipe, coque ad humoris aquei consumptionem; tum adde Ceram et Resinam; quibus liquefactis, et ab igne remotis, tandem Terebinthinam adde, et probe misce.

CERATUM JUNIPERI SABINÆ.

℞ Foliorum recentium Juniperi Sabinæ partes duas,
Ceræ flavæ partem unam,
Adipis Suilli partes quatuor.

Ceræ et Adipi simul liquefactis folia incoque, tum per linteum exprime.

UNGUENTUM GALLÆ.

℞ Gallæ in pulverem tenuissimum tritæ partem unam,
Adipis Suilli partes octo.

Probe misce.

UNGUENTUM PICIS LIQUIDÆ.

℞ Picis liquidæ partes quinque,
Ceræ flavæ partes duas.

Leni calore liquescat Cera; dein addatur Pix et assidue agitetur mistura, donec frigescens riguerit.

UNGUENTUM ACIDI NITROSI.

℞ Adipis Suilli libram,
Acidi Nitrosi drachmas sex.

Acidum paulatim misce cum Adipe liquefacto; et misturam frigescentem diligenter subige.

UNGUENTUM SUB-ACETATIS CUPRI.

℞ Unguenti resinosi partes quindecim,
Sub-Acetatis Cupri in pulverem tenuissimum triti partem unam.

Liquefacto Unguento insperge Sub-Acetatem; dein assidue agita, donec mistura frigescens riguerit.

UNGUENTUM HYDRARGYRI.

℞ Hydrargyri purificati,
Adipis Ovilli, utriusque, partem unam,
Adipis Suilli partes tres.

Tere Hydrargyrum diligenter in mortario cum pauxillo Adipis Suilli, donec evanescant globuli; dein adde reliquos Adipes.

Fit quoque cum Hydrargyro duplice et triplice.

UNGUENTUM OXIDI HYDRARGYRI CINEREI.

℞ Oxidi Hydrargyri cinerei partem unam,
Adipis Suilli partes tres.

Probe misce.

UNGUENTUM OXIDI HYDRARGYRI RUBRI.

℞ Oxidi Hydrargyri rubri per Acidum Nitricum in pulverem tenuissimum triti partem unam, — ℥ 1/4 Properly ℥ j
Adipis Suilli partes octo. lb j . . . . . lb i

Probe misce. 2 – 8

UNGUENTUM NITRATIS HYDRARGYRI FORTIUS; VULGO, UNGUENTUM CITRINUM.

℞ Hydrargyri purificati partem unam,
Acidi Nitrosi partes duas,
Olei Oleæ Europææ partes novem,
Adipis Suilli partes tres.

Solve Hydrargyrum in Acido; dein liquorem, cum Adipe et Oleo prius simul liquefactis et denuo frigescentibus, strenue subige in mortario vitreo.

UNGUENTUM NITRATIS HYDRARGYRI MITIUS.

Fit eodem modo cum Oleo et Adipe triplice.

UNGUENTUM ACETATIS PLUMBI.

℞ Unguenti simplicis partes viginti,
Acetatis Plumbi in pulverem tenuissimum triti, partem unam,

Probe misce.

UNGUENTUM CARBONATIS PLUMBI.

℞ Unguenti simplicis partes quinque,
Carbonatis Plumbi in pulverem tenuissimum triti, partem unam.

Probe misce.

CERATUM CARBONATIS ZINCI IMPURI.

℞ Cerati simplicis partes quinque,
Carbonatis Zinci impuri præparati partem unam.

Probe misce.

UNGUENTUM OXIDI ZINCI.

℞ Linimenti simplicis partes sex,
Oxidi Zinci præparati partem unam.

Probe misce.

UNGUENTUM OXIDI ZINCI IMPURI.

℞ Linimenti simplicis partes quinque,
Oxidi Zinci impuri præparati partem unam.

Probe misce.

UNGUENTUM SULPHURIS.

℞ Adipis Suilli partes quatuor,
Sulphuris sublimati partem unam.

Probe misce.

CAP. XXXI.

EMPLASTRA.

EMPLASTRUM SIMPLEX.

℞ Ceræ flavæ partes tres,
Adipis Ovilli,
Resinæ albæ, utriusque, partes duas.

Liquescant leni calore ; dein assidue agitetur mistura, donec frigescens riguerit.

EMPLASTRUM OXIDI PLUMBI SEMIVITREI.

℞ Oxidi Plumbi semivitrei triti partem unam,
Olei Oleæ Europææ partes duas,
Aquæ quantum satis sit.

Coque, assidue agitans, donec Oleum et Oxidum coeant.

EMPLASTRUM RESINOSUM.

℞ Emplastri Oxidi Plumbi semivitrei partes quinque,
Resinæ albæ partem unam.

Liquescant leni calore; dein assidue agitetur mistura, donec frigescens riguerit.

EMPLASTRUM OXIDI FERRI RUBRI.

℞ Emplastri Oxidi Plumbi semivitrei partes viginti quatuor,
Resinæ albæ partes sex,
Olei Oleæ Europææ,
Ceræ flavæ, utriusque, partes tres,
Oxidi Ferri rubri triti partes octo.

Teratur Oxidum Ferri rubrum cum Oleo, et cæteris liquefactis adjiciatur; dein probe misceantur omnia.

EMPLASTRUM ASSÆFŒTIDÆ.

℞ Emplastri Oxidi Plumbi semivitrei,
Gummi-resinæ Ferulæ Assæfœtidæ, utriusque, partes duas,
Gummi-resinæ Bubonis Galbani,
Ceræ flavæ, utriusque, partem unam.

Gummi-resinas simul liquefactas et colatas adjice Emplastro et Ceræ liquefactis, et omnia probe misce.

EMPLASTRUM AMMONIACI.

℞ Ammoniaci partes quinque,
Acidi Acetici tenuis partes octo.

Liqua Ammoniacum in Acido; dein liquorem, in vase ferreo, balneo aquoso con-

sume, assidue movens, donec idonea fiat crassitudo.

EMPLASTRUM GUMMOSUM.

℞ Emplastri Oxidi Plumbi semivitrei partes octo,
Ammoniaci,
Gummi-resinæ Bubonis Galbani,
Ceræ flavæ, singulorum, partem unam.

Gummi-resinas simul liquefactas et colatas adjice Emplastro et Ceræ liquefactis, et omnia probe misce.

EMPLASTRUM OPII.

℞ Opii triti semunciam,
Picis Burgundicæ uncias tres,
Emplastri Oxidi Plumbi semivitrei libram.

Emplastro liquefacto Opium et Picem adjice, et probe misce.

EMPLASTRUM HYDRARGYRI.

℞ Olei Oleæ Europææ,
Resinæ albæ, utriusque, partem unam,
Hydrargyri purificati partes tres,
Emplastri Oxidi Plumbi semivitrei partes sex.

Cum Oleo et Resina, liquefactis simul et dein refrigeratis, teratur Hydrargyrus, donec evanescant globuli; tum paulatim addatur Emplastrum liquefactum, et omnia accurate misceantur.

EMPLASTRUM SAPONACEUM.

℞ Emplastri Oxidi Plumbi semivitrei partes quatuor,
Emplastri Gummosi partes duas,
Saponis duri rasi partem unam,

Emplastris simul liquefactis Sapo admisceatur; dein coquantur paululum.

EMPLASTRUM CANTHARIDIS VESICATORIÆ.

℞ Cantharidis Vesicatoriæ in pulverem tenuissimum tritæ,
Resinæ albæ,
Ceræ flavæ,
Adipis Ovilli, singulorum, paria pondera.

Pulverem, cæteris simul liquefactis, et ab igne remotis, insperge; dein assidue agita, donec mistura frigescens riguerit.

EMPLASTRUM CANTHARIDIS VESICATORIÆ COMPOSITUM.

℞ Terebinthinæ Venetæ partes octodecim,
Picis Burgundicæ,
Cantharidis Vesicatoriæ, utriusque, partes duodecim,
Ceræ Flavæ partes quatuor,

Sub-Acetatis Cupri partes duas,
Seminum Sinapis Albæ,
Fructus Piperis Nigri, utriusque, partem unam.

Liquefactis primo Pice et Ceræ adde Terebinthinam; his adhuc fervidis, insperge cætera, in pulverem tenuem trita, et commixta; dein assidue agita, donec mistura frigescens riguerit.

TABULA,

EXHIBENS QUANTITATEM OPII, ANTIMONII, ARSENICI, ET HYDRARGYRI, IN MEDICAMENTIS QUIBUSDAM COMPOSITIS.

Tinctura Opii, fit cum Opii scrupulis duobus in singulis unciis liquidi; sive cum granis quinque in singulis drachmis. Tincturæ autem drachma, ut liquoris evaporatione constat, continet Opii grana circiter tria cum semisse.

Tinctura opii ammoniata, fit cum Opii granis circiter octo in singulis unciis liquidi; sive cum grano fere uno in singulis drachmis.

Tinctura opii camphorata, fit cum Opii granis duobus in singulis unciis liquidi.

Tinctura saponis et opii, fit cum Opii scrupulo uno in singulis unciis liquidi.

Pulvis ipecacuanhæ et opii, in singulis drachmis habet Opii grana sex; sive in granis decem, Opii granum unum.

Electuarium catechu compositum, in singulis unciis habet Opii grana circiter duo cum semisse: In granis enim centum et nonaginta tribus, habet Opii granum unum.

Electuarium opiatum, in singulis drachmis habet Opii granum fere unum cum semisse.

Pilulæ opiatæ, in singulis drachmis habent Opii grana sex. Pilula granorum quinque habet Opii granum dimidium.

Trochisci glycyrrhizæ cum opio, in singulis drachmis habent Opii granum fere unum.

Vinum tartratis antimonii, in singulis unciis habet Tartratis Antimonii, grana duo.

Solutio arsenicalis, in singulis drachmis continet Oxidi Arsenici grani dimidium.

Pilulæ hydrargyri, in singulis drachmis habent Hydrargyri grana fere quindecim. Singulæ pilulæ habent Hydrargyri granum unum.

Pilulæ sub-muriatis hydrargyri compositæ, in granis circiter quatuor continent Sub-Muriatis Hydrargyri granum unum.

Unguentum hydrargyri, in singulis drachmis habet Hydrargyri grana duodecim; cum duplice Hydrargyro, drachma habet grana viginti.

Unguentum nitratis hydrargyri fortius, in singulis drachmis habet Hydrargyri grana quatuor.

Unguentum nitratis hydrargyri mitius, in singulis drachmis habet Hydrargyri granum unum cum dimidio.

Unguentum oxidi hydrargyri cinerei, in singulis drachmis habet Oxidi grana quindecim.

Unguentum oxidi hydrargyri rubri, in singulis drachmis habet Oxidi grana fere septem.

Emplastrum hydrargyri, in singulis drachmis habet Hydrargyri grana circiter sexdecim.

INDICES.

INDEX

NOMINUM MUTATORUM

ET

SYNONYMORUM QUORUNDAM.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Antimonium tartarisatum.	Tartras antimonii.
Aqua ammoniæ acetatæ.	Aqua acetatis ammoniæ.
—— ——— *causticæ.*	Aqua ammoniæ.
—— *calcis.*	Solutio calcis.
—— *carbonatis ammoniæ.*	Solutio Sub-Carbonatis ammoniæ.
—— *cupri vitriolati composita,* vel *Aqua styptica.*	Solutio sulphatis cupri composita.
—— *lixivia caustica.*	Aqua potassæ.
—— *zinci vitriolati.*	Solutio sulphatis zinci.
Arabicum gummi.	Gummi Acaciæ Arabicæ.
Argentum nitratum.	Nitras argenti.
——— *vivum.*	Hydrargyrus.
Arsenicum.	Oxidum arsenici.
Assafœtida.	Gummi-resina ferulæ assæfœtidæ.
Aurantium Hispalense.	Citrus aurantium.
Axungia porcina.	Adeps suillus.
Balsamum Canadense.	Resina liquida pini balsameæ.
——— *Copaibæ.*	——— ——— copaiferæ officinalis
——— *Gileadense.*	——— ——— amyridis Gileadensis.
——— *Peruvianum.*	Balsamum myroxyli peruiferi.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Balsamum Tolutanum.	Balsamum toluiferæ balsami.
——— *traumaticum.*	Tinctura benzoini composita.
Bardana.	Arctium lappa.
Barilla.	Sub-Carbonas sodæ impurus.
Barytes.	Carbonas barytæ.
Belladonna.	Atropa belladonna.
Benzoinum.	Balsamum styracis benzoini.
Bistorta.	Polygonum bistorta.
Borax.	Sub-Boras sodæ.
Cajeputa.	Melaleuca leucadendron.
Calamus aromaticus.	Acorus calamus.
Calomelas.	Sub-murias hydrargyri mitis.
Calx viva.	Calx.
Cancrorum lapilli.	Carbonas calcis durior.
Cantharis.	Cantharis vesicatoria.
Cardamomum minus.	Amomum repens.
Carduus benedictus.	Centaurea benedicta.
Carica.	Fructus fici caricæ.
Carvi.	Carum carui.
Carbonas ammoniæ.	Sub-Carbonas ammoniæ.
——— *potassæ.*	——— potassæ.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Carbonas sodæ.	Sub-Carbonas sodæ.
——— *ferri præparatus.*	——— ferri præparatus.
Caryophyllus aromaticus.	Eugenia caryophyllata.
Caryophylla rubra.	Dianthus caryophyllus.
Cascarilla.	Croton eleutheria.
Cassia fistularis.	Cassia fistula.
——— *lignea.*	Laurus cassia.
Catechu.	Acacia catechu.
Causticum commune acerrimum.	Potassa.
——— ——— *mitius.*	——— cum calce.
——— *lunare.*	Nitras argenti.
Centaurium minus.	Chironia centaurium.
Cerussa.	Carbonas plumbi.
——— *acetata.*	Acetas plumbi.
Chamæmelum.	Anthemis nobilis.
Cicuta.	Conium maculatum.
Cinnabaris factitia.	Sulphuretum hydrargyri rubrum.
Cinchona officinalis.	
Vulgo cortex Peruvianus.	
a. communis.	Cinchona lancifolia.
b. flavus.	——— cordifolia.
c. ruber.	——— longifolia.
Cinnamomum.	Laurus Cinnamomum.
Coccinella.	Coccus cacti.
Colocynthis.	Cucumis colocynthis.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Elixir paregoricum Anglorum.	Tinctura opii camphorata.
——— *sacrum.*	——— rhei et aloes.
——— *salutis.*	——— sennæ composita.
——— *stomachicum.*	——— gentianæ composita.
Emplastrum adhæsivum.	Emplastrum resinosum.
——— *cereum.*	——— simplex.
——— *lithargyri* vel *commune.*	——— oxidi plumbi semivitrei.
——— *vesicatorium.*	——— cantharidis vesicatoriæ.
Emulsio Arabica.	Emulsio acaciæ Arabicæ.
——— *communis.*	——— amygdalæ communis.
Ferrum ammoniatum.	Murias ammoniæ et ferri.
Ferri rubigo.	Sub-carbonas ferri.
——— *squamæ purificatæ.*	Oxidum ferri nigrum purificatum.
——— ——— *præparatæ.*	——— ——— ——— præparatum.
Ferrum vitriolatum.	Sulphas ferri.
——— ——— *ustum.*	Oxidum ferri rubrum.
Filix mas.	Aspidium filix mas.
Flores martiales.	Murias ammoniæ et ferri.
Flores sulphuris.	Sulphur sublimatum.

NOMINA MUTATA.	NOMINA NOVA.
Flores zinci.	Oxidum zinci.
Fœniculum dulce.	Anethum fœniculum.
Galbanum.	Gummi-resina bubonis galbani.
Genista.	Spartium scoparium.
Gummi Arabicum.	Gummi acaciæ Arabicæ.
Helleborus albus.	Veratrum album.
Hepar sulphuris.	Sulphuretum potassæ.
Hydrargyrus acetatus.	Acetas hydrargyri.
———— *muriatus corrosivus.*	Murias hydrargyri *corrosivus.*
———— ——— *mitis.*	Sub-murias hydrargyri *mitis,* sive calomelas.
———— ——— *præcipitatus.*	———— hydrargyri præcipitatus.
———— *nitratus ruber.*	Oxidum hydrargyri rubrum per acidum nitricum.
———— *præcipitatus cinereus.*	Oxidum hydrargyri cinereum.
———— *sulphuratus niger.*	Sulphuretum hydrargyri nigrum.
———— *vitriolatus flavus.*	Sub-sulphas hydrargyri flavus.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Infusum amarum.	Infusum gentianæ compositum.
——— *Cinchonæ officinalis.*	——— Cinchonæ lancifoliæ.
——— *japonicum.*	——— Acaciæ catechu.
——— *rosarum.*	——— Rosæ Gallicæ.
——— *tamarindi cum senna.*	——— sennæ compositum.
Jalapa.	Convolvulus jalapa.
Lapis calaminaris.	Carbonas zinci impurus.
Lavendula.	Lavandula spica.
Laudanum liquidum.	Tinctura opii.
Lignum Campechense.	Lignum Hæmatoxyli Campechiani.
Limon.	Citrus medica.
Linimentum anodynum vel *opiatum.*	Tinctura saponis et opii.
——— *aquæ calcis.*	Oleum lini cum calce.
——— *saponaceum.*	Tinctura saponis camphorata.
——— *volatile.*	Oleum ammoniatum.
Lithargyrus.	Oxidum plumbi semivitreum.
Lixivia acetata.	Acetas potassæ.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Muria.	Murias sodæ.
Murias hydrargyri.	Murias hydrargyri *corrosivus.*
Nitrum.	Nitras potassæ.
Nux moschata.	Nucleus myristicœ moschatæ.
Olea stillatitia.	Olea volatilia.
Oleum succini rectificatum.	Oleum succini purissimum.
—— *terebinthinæ rectificatum.*	—— volatile pini purissimum.
Olibanum.	Gummi-resina juniperi lyciæ.
Oliva.	Oleæ Europeæ.
Oxidum plumbi album.	Carbonas plumbi.
Palma.	Cocos butyracea.
Petroleum Barbadense.	Bitumen petroleum.
Pilulæ aloes cum colocynthide.	Pilulæ colocynthidis compopositæ.
—— *cupri.*	—— ammoniareti cupri.
—— *thebaicæ.*	—— opiatæ.
Pimenta.	Myrtus pimenta.
Piper Indicum.	Capsicum annuum.
—— *Jamaicense.*	Fructus myrti pimentæ.
Pix Burgundica.	Pini resina sponte concreta.
—— *liquida.*	Resina empyreumatica.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Sal cornu cervi.	Sub-carbonas ammoniæ.
— *Glauberi.*	Sulphas sodæ.
— *marinus Hispanus.*	Murias sodæ.
— *polychrestus.*	Sulphas potassæ cum sulphure.
— *Rupellensis.*	Tartras sodæ et potassæ.
— *succini.*	Acidum succinicum.
— *tartari.*	Sub-carbonas potassæ purissimus.
Santalum rubrum.	Pterocarpus santalinus.
Santonicum.	Artemisia santonicum.
Sarsaparilla.	Smilax sarsaparilla.
Sassafras.	Laurus sassafras.
Scammonium.	Gummi-resina convolvuli scammoniæ.
Seneka.	Polygala senega.
Senna.	Cassia senna.
Serpentaria Virginiana.	Aristolochia serpentaria.
Simarouba.	Quassia simaruba.
Sinapi album.	Sinapis alba.
Soda.	Sub-carbonas sodæ.
—— *muriata.*	Murias sodæ.
—— *phosphorata.*	Phosphas sodæ.
—— *tartarisata.*	Tartras sodæ et potassæ.
—— *vitriolata.*	Sulphas sodæ.
Solutio acetitis zinci.	Solutio acetatis zinci.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Spiritus ætheris vitriolici.	Æther sulphuricus cum alcohole.
——— *ammoniæ.*	Alcohol ammoniatum.
——— ——— *aromaticus.*	Tinctura aromatica ammoniata.
——— ——— *fœtidus.*	——— assæfœtidæ ammoniata.
——— *cornu cervi.*	Solutio sub-carbonatis ammoniæ.
——— *Mindereri.*	Aqua acetatis ammoniæ.
——— *salis ammoniaci.*	Solutio sub-carbonatis ammoniæ.
——— *vinosus rectificatus.*	Alcohol fortius.
——— ——— *tenuior.*	——— dilutius.
——— ——— *camphoratus.*	Tinctura camphoræ.
Staphisagria.	Delphinium staphisagria.
Stramonium.	Datura stramonium.
Sub-murias hydrargyri.	Sub-murias hydrargyri *mitis.*
Sulphas aluminæ.	Alumen.
Super-tartris potassæ.	Super-tartras potassæ.
Sulphur antimonii præcipitatum. / ——— *auratum antimonii.*	Sulphuretum antimonii præcipitatum.
Syrupus balsamicus vel *Tolutanus.*	Syrupus toluiferæ balsami.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Syrupus limonum.	Syrupus citri medicæ.
——— *papaveris albi.*	——— papaveris somniferi.
Taraxacum.	Leontodon taraxacum.
Tartarus crudus.	Super-tartras potassæ impurus.
Tartari crystalli.	Super-tartras potassæ.
Tartarus emeticus.	Tartras antimonii.
Tartarum solubile.	——— potassæ.
——— *vitriolatum.*	Sulphas potassæ.
Tartris antimonii.	Tartras antimonii.
Tartris potassæ.	Tartras potassæ.
——— ——— *et sodæ.*	——— sodæ et potassæ.
Terebinthina Veneta.	Resina liquida pini.
Terra Japonica.	Extractum acaciæ catechu.
——— *ponderosa vitriolata.*	Sulphas barytæ.
Tinctura aloes vitriolata.	Tinctura aloes ætherea.
——— *aromatica.*	——— cinnamomi composita.
——— *cantharidum.*	——— cantharidis vesicatoriæ.
——— *ferri.*	——— muriatis ferri.
——— *Japonica.*	——— acaciæ catechu.
——— *rhei amara.*	——— rhei et gentianæ.
——— *sacra.*	Vinum aloes Socotorinæ.
——— *saponis.*	Tinctura saponis camphorata.

Nomina Mutata.	Nomina Nova.
Valeriana sylvestris.	Valeriana officinalis.
Vinum amarum.	Vinum gentianæ compositum.
—— antimoniale.	—— tartratis antimonii.
Vitriolum album.	Sulphas zinci.
—— cœruleum.	—— cupri.
—— viride.	—— ferri.
Winteranus cortex.	Cortex Winteræ aromaticæ.
Zincum ustum.	Oxidum zinci.
—— vitriolatum.	Sulphas zinci.
Zingiber.	Amomum zingiber.

INDEX ALTER

NOMINUM MUTATORUM

ET

SYNONYMORUM.

Nomina Nova.	*Nomina Mutata.*
Acacia Arabica.	*Mimosa Nilotica.*
Acacia catechu.	——— *catechu.*
Acetas hydrargyri.	*Hydrargyrus acetatus.*
——— potassæ.	*Lixivia acetata, tartarum regeneratum.*
——— plumbi.	*Cerussa acetata, saccharum Saturni.*
Acetum.	*Acidum acetosum.*
Acidum aceticum aromaticum.	*Acetum aromaticum.*
——— ——— camphoratum.	*Acidum acetosum camphoratum.*
——— ——— forte.	——— *acetosum forte.*
——— ——— scilliticum.	*Acetum scillæ maritimæ.*

Nomina Nova.	*Nomina Mutata.*
Acidum aceticum tenue.	*Acidum acetosum destillatum.*
——— succinicum.	*Sal succini.*
——— sulphuricum.	*Acidum vitriolicum.*
——— ——— aromaticum.	——— *vitrioli aromaticum.*
Acorus calamus.	*Calamus aromaticus.*
Adeps ovillus.	*Sevum ovillum.*
——— suillus.	*Axungia porcina.*
Æther sulphuricus.	*Æther vitriolicus.*
——— ——— cum alcohole.	*Spiritus ætheris vitriolici.*
Alcohol ammoniatum.	*Spiritus ammoniæ.*
——— dilutius.	*Alcohol dilutum, spiritus vinosus tenuior.*
——— fortius.	———, *spiritus vinosus rectificatus* vel *purissimus.*
Alumen.	*Sulphas aluminæ.*
Ammoniaretum cupri.	*Cuprum ammoniacum.*
Amomum repens.	*Cardamomum minus.*
——— zingiber.	*Zingiber.*
Amygdali communis nucleus.	*Amygdala dulcis.*
Amyridis Gileadensis resina liquida.	*Balsamum Gileadense.*
Anethum fœniculum.	*Fœniculum dulce.*
Angelica Archangelica.	*Angelica sativa.*

Nomina Nova.	Nomina Mutata.
Anthemis nobilis.	*Chamæmelum.*
——— pyrethrum.	*Pyrethrum.*
Apium petroselinum.	*Petroselinum.*
Aqua acetatis ammoniæ.	*Aqua ammoniæ acetatæ, spiritus Mindereri.*
—— ammoniæ.	*—— ammoniæ causticæ.*
—— potassæ.	*—— lixivium causticum.*
Arbutus uva ursi.	*Uva ursi.*
Arctium lappa.	*Bardana.*
Aristolochia serpentaria.	*Serpentaria Virginiana.*
Artemisia absinthium.	*Absinthium.*
——— santonicum.	*Santonicum.*
Aspidium filix mas.	*Polypodium filix mas.*
Astragalus tragacantha.	*Tragacantha.*
Atropa belladonna.	*Belladonna, Solanum lethale.*
Bitumen petroleum.	*Petroleum Barbadense.*
Boletus igniarius.	*Agaricus.*
Bonplandia trifoliata.	*Angustura.*
Bubonis galbani gummi-resina.	*Galbanum.*
Calx.	*Calx viva.*
Cantharis vesicatoria.	*Meloe vesicatorius.*
Capsicum annuum.	*Piper Indicum.*
Carbonas barytæ.	*Barytes.*

Nomina Nova.	*Nomina Mutata.*
Croton eleutheria.	*Cascarilla.*
Cucumis colocynthis.	*Colocynthis.*
Daphne mezereum.	*Mezereum.*
Datura stramonium.	*Stramonium.*
Decoctum guaiaci compositum.	*Decoctum lignorum.*
Delphinium staphisagria.	*Staphisagria.*
Dianthus caryophyllus.	*Caryophylla rubra.*
Dorstenia contrajerva.	*Contrajerva.*
Emplastrum cantharidis vesicatoriæ.	*Emplastrum vesicatorium.*
——— oxidi ferri rubri.	——— *roborans.*
——— plumbi semi-vitrei.	——— *commune*, vel *lithargyri.*
Eugenia caryophyllata.	*Caryophyllus aromaticus.*
Ferulæ assæfœtidæ gummi-resina.	*Assafœtida.*
Fraxini orni succus concretus.	*Manna.*
Gummi acaciæ Arabicæ.	*Gummi Arabicum.*

Nomina Nova.	*Nomina Mutata.*
Murias ammoniæ et ferri.	*Ferrum ammoniatum, flores martiales.*
——— hydrargyri *corrosivus.*	*Mercurius sublimatus corrosivus.*
——— sodæ.	*Soda muriata, sal marinus, muria.*
Myroxyli Peruiferi balsamum.	*Balsamum Peruvianum.*
Myrtus pimenta.	*Pimenta.*
Nitras argenti.	*Argentum nitratum, causticum lunare.*
——— potassæ.	*Nitrum.*
Olea fixa.	*Olea expressa.*
—— volatilia.	—— *stillatitia* vel *essentialia.*
Origanum majorana.	*Majorana.*
Oxidum antimonii cum phosphate calcis.	*Pulvis antimonialis, antimonium calcareo-phosphoratum.*
——— arsenici.	*Arsenicum.*
——— ferri nigrum.	*Ferri squamæ.*
——— ferri rubrum.	*Ferrum vitriolatum ustum, colcothar vitrioli.*
——— hydrargyri cinereum.	*Hydrargyrus præcipitatus cinereus.*

Nomina Nova.	*Nomina Mutata.*
Pistaciæ lentisci resina.	*Masticke.*
Polygala senega.	*Sencka.*
Polygonum bistorta.	*Bistorta.*
Potassa.	*Causticum commune acerrimum.*
——— cum calce.	——— ——— *mitius.*
Potio carbonatis calcis.	*Potio cretacea.*
Pterocarpus santalinus.	*Santalum rubrum.*
Pulvis carbonatis calcis compositus.	*Pulvis cretaceus.*
——— ipecacuanhæ et opii.	——— *ipecacuanhæ compositus* vel *Doveri.*
——— aluminis compositus.	——— *sulphatis aluminæ compositus* vel *stypticus.*
Quassia simarouba.	*Simarouba.*
Rhus toxicodendron.	*Toxicodendron.*
Rosa canina.	*Cynosbatos.*
——— centifolia.	*Rosa pallida.*
——— Gallica.	——— *rubra.*
Smilax sarsaparilla.	*Sarsaparilla.*
Solutio sub-carbonatis ammoniæ.	*Aqua carbonatis ammoniæ, spiritus cornu cervi.*

Nomina Nova.	*Nomina Mutata.*
Solutio sulphatis cupri composita.	*Aqua cupri vitriolati composita* vel *styptica.*
Spartium scoparium.	*Genista.*
Styracis benzoini balsamum.	*Benzoinum.*
Sub-Acetas cupri.	*Ærugo.*
Sub-Boras sodæ.	*Borax, boras sodæ.*
Sub-Carbonas ammoniæ.	*Ammonia præparata, sal cornu cervi.*
———— ferri.	*Rubigo ferri, carbonas ferri.*
———— potassæ.	*Carbonas potassæ.*
———— sodæ.	——— *sodæ.*
Sub-Murias hydrargyri *mitis.*	*Hydrargyrus muriatus mitis, calomelas.*
——— hydrargyri præcipitatus.	*Hydrargyrus muriatus præcipitatus.*
Sub-Sulphas hydrargyri flavus.	*Hydrargyrus vitriolatus flavus, turpethum minerale.*
Sulphas cupri.	*Cuprum vitriolatum, vitriolum cœruleum.*
——— ferri.	*Ferrum vitriolatum, vitriolum viride.*
——— magnesiæ.	*Magnesia vitriolata, sal catharticus amarus.*
——— potassæ.	*Lixiva vitriolata, tartarum vitriolatum.*
——— ——— cum sulphure.	*Lixiva vitriolata sulphurea, sal polychrestus.*

Nomina Nova.	*Nomina Mutata.*
Sulphas sodæ.	*Soda vitriolata, sal Glauberi.*
——— zinci.	*Zincum vitriolatum, vitriolum album.*
Sulphur sublimatum.	*Flores sulphuris.*
Sulphuretum antimonii.	*Antimonium.*
——— antimonii præcipitatum.	*Sulphur antimonii præcipitatum* vel *auratum.*
——— hydrargyri rubrum.	*Cinnabaris factitia.*
——— hydrargyri nigrum.	*Hydrargyrus sulphuratus niger, æthiops mineralis.*
——— potassæ.	*Hepar sulphuris.*
Supertartras potassæ impurus.	*Tartarus crudus.*
——— potassæ.	*Tartarus purificatus, crystalli tartari.*
Syrupus toluiferæ balsami.	*Syrupus balsamicus.*
Tartras antimonii.	*Antimonium tartarisatum, tartarus emeticus.*
——— potassæ.	*Lixiva tartarisata, tartarum solubile.*
——— sodæ et potassæ.	*Soda tartarisata, sal Rupellensis.*
Tinctura aromatica ammoniata.	*Alcohol ammoniatum aromaticum.*

Nomina Nova.	*Nomina Mutata.*
Tinctura assæfœtidæ ammoniata.	*Alcohol ammoniatum fœtidum.*
——— benzoini composita.	*Balsamum traumaticum.*
——— camphoræ.	*Spiritus vinosus camphoratus.*
——— gentianæ composita.	*Elixir stomachicum.*
——— muriatis ferri.	*Tinctura ferri* vel *martis.*
——— opii.	*Laudanum liquidum, tinctura thebaica.*
——— opii ammoniata.	*Elixir paregoricum.*
——— opii camphorata.	——— ——— *Anglorum.*
——— rhei et aloes.	——— *sacrum.*
——— rhei et gentianæ.	*Tinctura rhei amara.*
——— saponis camphorata.	*Linimentum saponaceum.*
——— ——— et opii.	——— *anodynum.*
——— sennæ composita.	*Elixir salutis.*
Toluifera balsamum.	*Balsamum Tolutanum.*
Unguentum nitratis hydrargyri fortius.	*Unguentum citrinum.*
Veratrum album.	*Helleborus albus.*

NOTANDUM.

In binis his Indicibus Nominum Mutatorum (metuentes scilicet ne nimis longi forent, et contenti si ab omni possibili errore præcaveretur) simplicia tantum inscripsimus Medicamenta, quorum Nomina præcipua et usitata, in Historia Naturali *generica* dicta, mutavimus; cujusmodi sunt, Anthemis Nobilis pro Chamæmelo, Chironia Cenrium pro Centaurio minore, Convolvulus Jalapa pro Jalapa: omisimus vero simplicia omnia quorum Nomina priora *generica* manent, adjectis tantum ipsorum Nomibus *specificis* aut *trivialibus*; cujusmodi exempli sunt Digitalis Purpurea, Gentiana Lutea, Papaver Somniferum.

Pari ratione sat esse putavimus in utroque Indice notasse Nomen mutatum uniuscujusque Medicamenti simplicis, omissis plerumque titulis compositorum aut præparatorum quæ ex eo fiunt: sic indicavimus Laurum Cin-

namomum dici pro Cinnamomo; omisimus vero Aquam, Spiritum, et Tincturam Lauri Cinnamomi, confisi neminem de horum Nominibus novis aut dubitare posse aut errare.

INDEX

MEDICAMENTORUM.

A

C

D

R

FINIS.

PAGINATION
IN BOOK
SKIPS
NUMBERS 30-31